

~~S. H. King.~~

582. a.

B. M. K. T.

422. Telos.

2. peld.

422

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



1820
Col. Soc.
NOVÆ R.M. 1422.
GRAMMATICÆ
Ungaricæ
SUCCINCTA METHO-

DO COMPREHENSÆ, ET
L. hung. perspicuis exemplis illustratae

582a LIBRI DUO.

Ad

Illusterrimum & Generosissimum Principem ac Dn.
Dn. MAURITIUM junorem, Hassie
Langravium &c.

Autore
ALBERTO MOLNAR Szenciensi.



HANOVIAE, Typis Thomae Villeriani: impensis
vero Conradi Biermanni & consort. Suum
1650.

1650 x.

Andr. Gottsch.
1650.

NOVÆ
GRAMMATICÆ
Ungaricæ

SUCCINCTA METHO-

DO COMPREHENSÆ, ET

L. hung. perspicuis exemplis illustratæ

582. LIBRI DUO.

Ad

Illustrissimum & Generosissimum Principem ac Dn.
DN. MAURITIUM juniorum Hassia
Lazagravium &c.

Autore

ALBERTO MOLNAR Szenciensi.



HANOVIAE, Typis Thomæ Villeriani: impensis
vero Conradi Biermannii & consort.

1650. x.

Scim
Andr. (estlich)
1650.

4820.

Oct. Széch.



Illustrissimo ac Generosissimo Principi,
& Domino,

Dn. Mauritio Juniori,
Excelsissimi & Potentissimi Princi-
pis, ac Domini, Dn. MAURITII
HASSIAE LANDGRAVII, Comitis in Katzen-
elnbogen, Dietz, Zigenhan & Nidda &c.

FILIO INCLYTISSIMO:

& pro tempore
Illustris Academiæ Mauritianæ, quæ est Marpurgi
Hassorum, Rectori Magnificentissimo: Do-
mino suo Clementissimo.

AUD Parthos olim & Persas O-
rientis populos lege caustum fuisse
acepi, Princeps illustrissime, ne
quis Regem Principemq; virū sa-
lutarus sine munere accederet.
Unde & sapientes illi, in Evangelii principio viri,
Magi voce Persica dicti, venientes ab oriente Beth-
lehenum, non sine munere salutarunt Iesum recès-
natum regem. Sed & Austris quoq; Regina, hujus in-
stituti hancquam ignara, ad Salomonē Regem
sapientissimum venit. Persas vero etiamnū præca-
legis hujus memores esse, hac etate tua domestico
exemplu didicisti Princeps Inclytissime. Vidisti enim

in illustri Aula Casselleni Excelssimi Patriis tui,
quomodo Ipsius Celsitudinem, splendidiissimi Regis
Persie & Legati reverenter salutarent, munera Asia-
tica, pretiosam Cidarim & acinaces inauratos hu-
militer offerentes.

Moris itaq; hujus & similium institutorum a-
liorum, recordatio & conscientia, hactenus me ve-
tuit ac deterruit, ne Tuam Cels salutaturus, mani-
bus vacuis accederem, licet toto illo tempore, ex quo
sceptra Academia nostra ea suscepit, gratulandi stu-
dio flagrarium. Confectus verò tandem mihi est, Dei
beneficio, iste libellus Ungaricus, in inclita hac Aca-
demia per biennium fere, raro intermissa meditati-
one compositus; qualis nunquam antea fuit visus.
In quo sane multum fudavit ingeniolum meum, ut
quoquomodo Princeps dignum munus ex eo elabo-
rarem. Cum autem meum istud munus Tue Celsit.
de novo magistratu Academico gratulans offerre
& commendare laborem, si unquam alias, nunc certe
Svadae beneficio & Tulliano eloquio in primis mihi
opus fore deprehendo. Magis enim splendoribus
radianter te affari cupio Princepe, & de novis ho-
noribus gratulando Tue Cels. tenuem commendare
libellum donaticum. Non enim possum edifferere,
Tuamne Celsitudinem statuat animus meus hoc ma-
gistratu feliciorem, an verò Academiam hanc exi-
stimet Te Rectori esse fortunatorem. Mihis sane u-
trique

trique summa felicitate cumulari videmini, ac pro
meo in utruq; amore gratulor utrig; ex animo syn-
cero. In primis autem letor, & exultans celebro
Deum ter max. quod Illustrissimo Principi MAU-
RITIO, Macenati nostro benignissimo, tam cu-
mulate benedixerit, vt splendidioribus sua Hassie
muneribus publicis genuinos & preclare institutos
filios possit preficere. Unde etiam nuper uehemeter
sum gavisus, cum Reverendiss. & Inclytissimum Prin-
cipem OTHONEM Hassie Landgravium, fra-
trem tuum natum maximum, ex Academia Argen-
tinensi, ad Hersfeldensis Ecclesie exempta admini-
strationem viderem revertentem salvum & inco-
lumem.

Quid autem nobis in mente venire existimas,
Inclyte Princeps MAURITI, cum te Rectore no-
strum, purpur'a fulgentem, pralatis sceptris aureis,
in Musarum templo descendente intrantemq; cer-
nimus? Videtur certe quisq; tacite mecum te talibus
alloqui:

Vive diu Princeps, nostro decus addite sæculo,
Te Rectori cluant nostra Lycae diu!

Qui enim hac tibi non ex animo precatur, ingratue
eum & invidum non immerito dixerim: & qui te
non veneretur & amet, illum planè stipitem plu-
beum esse oportet:

Cun' etis nāq; bonis tua cōplacet inclita virtus,
Et placidi mores, virgineusq; decor.

Gratior inq; tuo sic lucet corpore virtus,
Ceu sit in exciso lucida gemma solo:
Flos viridi in prato fulvo Gangeticus orbe
Unio; & in calathis lilia lecta suis.

Quemadmodū enim in fratre tuo Othonē, quemadmodū laudavi, sic etiam in te tuisq; fratribus minorēibus, Gwilhelmo, Philippo & Hermanno, vera paternæ indolis indicia, & avitarum virtutum semina emicantia cernimus: & verissimè possimus de vobis modulari illud Poëta & Venusini:

Fortes creatur fortibus: & bonis
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroceſ
Progenerant aquilæ columbam.

*Videmus præterea, in vobis quid pia possit parentiæ
cura, & institutio liberalis qua de re idem Poëta in-
quit:*

Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant.

*O vos felices & fratres fam̄to fidere natos! quibus
sola domesticā exempla sufficiant ad capessendū iter
glorie, & addant virtutum maximarū calcar, cu-
jusmodi illud est apud Poëtam:*

Tē pater Aeneas, & avunculus excitet Hector.

*Ego promultis describam unicum, ex Joh. Stur-
mio exemplum Caroli Magni; cuius gloria vos
heredes esse alibi quoq; morui.*

*Ad VV off-
gangi Ducis
Bivon filii
Eraij. In-* Quid enim nisi stud faciam? [verba sunt Sturmii.]

qua

que in Gallia, Aquitania, Italia, Hispania, Saxo-
nia, Sarmatia, Pannoniis, apud exterā gentes atq;
nationes terra mariq; gesit, minus futuram fuisse
præclarā, nisi studio religionis & patrocinio li-
terarū magis fuisse illustrata. Ita ipse erat doctus,
& ita literarū atq; humanitatis studiosus, ut ser-
monem patrium, ad Grammaticorum regulas re-
vocaret: viris doctis magna præmia proposuerit.
Alberum Anglum eruditū virum secum esse vo-
luit, & à se non discedere, & hoc comite fieri ali-
quot annis eruditior. Albinum Scotum literatum
hominem in Insubriam misit, & illum Ticini ludo
literarū preposuit. Clementem Scotum, Albino
æqualem, etiam bene doctum Lutetiam misit: sti-
pendia adolescētibus constituit, & collegium in-
stituit: quod nō solum ex nobilium liberis, verū
etiam ex plebe civium non locupletum filiis coo-
ptatis, constare voluit: quo usque adeo delectatus
est, ut probationi illorum adolescentiū adesse vo-
luerit. Probabatur enim in illis, non solū memoria
præceptorum, verū etiam exercitatio: que siebat
aut scripto subito, aut dictione subita, aut oratio-
ne meditata, aut versibus compositis: de quibus i-
pse Imperator sententiam dicere potuit, & dixit,
ut tradūt Historici. In probatione Parisiensi, quā
honesta pauperum adolescentum laudatio: Agite
pueri: pergit, ut cœpistis, amplissima industria
præmia confequi, qui meam autoritatem fecuti e-
stis: vestra sint Sacerdotia: ex vobis pontifices co-
stituam: vobis hic honor tributus sit, ut hic ad meā
dexteram collocati, atq; cōspiciatis. Quanta ve-

*trad. Schol.
Laving.*

EPISTOLA

Negligentia
lum pma

ro severitas in illa condēnatione nobilitatis? Vos
verò belli, & delicatuli, delibutis & cōpositis ca-
pillis adolscētes, qui parentum vestrorum facul-
tatibus nitimini, & nobilitati confiditis, & Cēsaris
vestri autoritatem, Imperatorisq; maiestatē cō-
temnitis; exemplum in vobis constituam mēa se-
veritatis & ve[r]aignavia. Hi inopes atq; paupe-
res vobis in honoribus anteponentur; vobis etiam
in præmiis præferētur. Deum testor; nullum vobis
reditum ad honores & præmia patere posse, ante-
quām in virtutis & diligentia & verecundia viam
redeatis. Quis nō hanc disciplinam scholarum,
cum illa castrorū ejusdem Imperatoris comparet?
Militū enim disciplina, sāpe cum ipsis militibus,
atq; imperatoribus ecedit; at scholæ, & gymnasia
& literarum ludi postquām semel constitutam di-
sciplinam habent, tām diu eorū utilitates sentiun-
tur, atq; percipiuntur, quām diu doctorum homi-
num, qui ex hujusmodi scholis egressi sunt, extant
monumenta. Admirandum est, in uno Imperato-
re tot, tantasq; fuisse virtutes: sed illud mirandum
in primis, quōd rerum gestarum & armorum non
putarit satis magnam esse gloriā, si solis castris con-
tineretur, nisi etiam in eruditiorū collegiis homi-
nes armaret, cōtra barbariem & mores improbos;
armaret inquam, legibus, moribus, institutis, arti-
bus, doctrinis, disciplinis; præmiis, honoribus. Hoc
enīm literæ armis præstant, quōd ex disciplina ar-
morū nemo artes, & disciplinas potest cognosce-
re: ex literarum verò monumentis multi præclari-
duces & imperatores extiterūt. Egregius Impera-
tor,

DEDICATORIA.

tor, cui in re honesta nihil fuit satis. Nō enim con-
tentus hoc collegio, & hoc Clemente illius colle-
gii præfecto: ex Svevia etiam Valdonem, magni-
tudine credibile est, nominis virum, evocavit, & colle-
gio, quod ad phanū D. Dionysii est, quod ab urbe
Lutetia duarum horarum abest itinere, proposuit:
vel quōd æmulos esse voluit Parisiensium Diony-
sianos istos: vel quōd longinquū esse putaret, diei,
nō horæ, itinere scholas inter se dirimi. Et optavit
ille persepe duodecim sibi Augustinos, vel Hiero-
nymos iuxta numerum provinciarum, quā bello
captæ imperio Francico parebant. Cujus voti si cō-
potem eum Deus illis temporibus fieri voluisset,
quid aliud facturū fuisse putatis: quām vt his tām
præclaris gubernatoribus, singulis in provinciis
scholas constitueret?

Huc usq; Sturmius de Carolo Magno, Vestrī
generis propagatore; quem nemo unquam per tot
secula Principū, Tuo Patre Illusterrimo imitatus
est felicius. Qui etiam hodie hanc illustrem Acade-
miam suā, ab avo suo Principe fortissimo Philip-
po fundatam non desinit exornare & munificen-
tissime locupletare. Etsi enim Academia ista iam
olim hanc laudem obtinuerit; quōd in ea methodi-
cē traherentur artes & disciplina, constaretque
inibi studiorum lucidus ordo: eam tām lon-
gè clariorem reddidit eximia pietas & sapientia Pa-
tris Tui Excelſissimi, vindicando ipsam à putido U-
biuitatis commēto, quod non ita pridem infrunxit

quidam bambaliones invexerant. Neq; satis putavit Ipsius Celsitudo, unicè ab initio fovisse hanc Academiam Hassiacam, verūmetiam Cassellis prater Scholam civicam, erexit in aula sua literatissima, nobilissimum gymnasium, in quo non solum Ipsius Celsi liberi, sed totius Hassiac & nobilitatis iuuentus, in artibus & linguis variis informaretur & instrueretur. Et sicuti Celsitudini Ipsius respirare liceat ab arduioribus negotiis publicis, libens & interesse solet gymnasii, & preceptorum discipulorumq; ipsomet explorare & examinare industriam atq; diligentiam. Et vidi ipse cum essem Hersfeldie, quonodo Ipsius Celsitudo, in visitatione gymnasie us loci, secum deduxerit deg̃, instaurando illo collegio monuerit Inlytum filiū Othonem, exempta Ecclesia & Hersfeld: Administratorem, Principem juvenem, artibus & linguis praeclaris egregie institutū atque condecoratum. Sed manifesta hæc sunt & exterarum quoque gentiū linguis celebrantur, itaque ad propositum accedam propius. Ac ut initio dicebam, nunc maximè optare me Svadē medullam, & aliquam in dicēdo gratiam, cū scilicet librū hunc Tu & Cels. offero ac commendō. Grammatica enim est, cuius vel sola mentio territare solet discipulos plagosorum Orbitorum. Neq; mirum, quia cōtinet literarum radices, quas Marcus Portius Cato vere dixit amaras esse. Cum igitur tuam atatē respicio

respicio & mei muneris qualitatē, protinus in men- tem mihi venit illud Lucretii Poetæ antiquissimi: Ac veluti pueris absinthia tetra medentes Cūm dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoq; liquore.

Quocirca condienda sanè mihi esset aliquo Rhetorū pigmento hæc mea commendatio, quo libelli mei, si quā se prima fronte offerat, tetricitatem, prælinere ac delenire. Verū cum nullis sim eloquētia phaleris instructus, nec verba mihi occurrant delenifica simplici veri verbio librum meum Grammaticum Tu & Cels. exhibeo: & fateor humile quidē e: us esse argumentū: sed tamen inter artes liberales pri- mum obtinet locum ea disciplina & reliquarum artium clavis solet appellari, & ipsa de se hæc vulgo consuevit clamitare:

Frustra doctores sine me coluēre sorores. &

Qui nescit partes, invanū tendit ad artes.

Qua de re proponere hic mihi liceat Illustriss. Pa-
rentis tui, iudicium eruditissimum:

Cū enim [inquit alibi] suis Cels. vel medio-
criter in historicorum monumentis versato, obscu-
rum est, quantis impensis Ptolemaeus illos Aristar-
chos, Apollonios, aliasq; rei Grammaticæ peritis-
simos viros cōquisiverit: quantis muneribus affe-
ctos condecoraverit: quod non fecisset Rex lōgē
sapientissimus, nisi summam esse necessitatē & u-
tilitatē Grammaticæ disciplinæ existimatasset. Quid:
quod hū: ip̃sum Regem z̃m̃ula quādā in Ho-

M. H. L. ad
Ptolemaeum.

merum Grāmatica conscribere & posteritati consecrare non piguit? Quid dicam de Cajo illo Julio Cæsare, primo Imperii Romani Monarcha, qui vel in summo bellorum civilium ardore, duos de analogia Grammatica libros, ad aureum illud eloquentiæ flumē Marcum Tullium confecit? Quid de clarissimo in republica Romana viro M. Terētio Varrone? qui viginti quatuor libris Grammaticam pertractavit, sed integri ii injuriā temporis, ad nos non pervenerunt.

Hec Illustrissimus Princeps Mauritus. Eſſe autem de Grammaticis eruditarum linguarū Graeca & Latina ista potissimum dicantur, certum tamen est alias quoq[ue] linguas utiles ac necessarias, ex praeceptis Grammaticis facilius & certius posse addisci, & ad usum accommodari. Id quod nullis licuisse hac etate puto luculentius deprehendere, quam Tuę Celsit. & Inclytis fratribus tuis reliquis, qui in tenera adhuc etatula iam preter Latinam & Gramcam linguas, etiam Gallicam, Italicam, Hispanicā, Anglicam & Belgicam discere & loqui incœpisti: & in aulis vestris literatissimis, aulicos vestros & ministros, hisce diversis linguis colloquentes auditis & intelligitis.

Ungarica equidem Lingue in his remotioribus terris utilitatem exiguum, & nullam propè necessitatem esse ultrò fateor. At qui celebratissimū Pannonia ſolum tuſtrare & militiam Turcicam videre cupiunt,

cupiunt, illis verò utilis est & necessaria. Et quis ſcit, ſi fortassis divina Maiestas Ungarica gentis diutinios misera labores & arumnas tristissimas, aliquaque eam tandem tranquillitate donabit & ita proſperabit, ut etiam viri principes alii visere velint, & Tua Cels. etiam, crescentibus annis, regnū illud Pannonicum cum aliquo fructu & voluptate poſſit perlustrare. Libros ſanè Ungarico idiomate ſcriptos habemus admodum paucos, neq[ue] incidi unquam in Ungaricum codicem manu ſcriptum. Unde factum ut de antiquitate noſtra gentis & lingue paucula tantum indagare potuerim, prater vulgaria illa, que apud Latinos & Germanicos Historicos, & que apud Bonfinium leguntur. Omnia autem librorū quos adhuc coquirere potui, vetuſtissimus eſt, Chronicón mundi, Ungaricē ſcriptū à Stephano Székely, editū Cracovia in Polonia Anno 1558. Quia verò in his Szekeli Chronicis Ungaricis paulò alter Ungaricā gentis origo & ducum series recēſetur, quam apud Latinos Rerum Ung. ſcriptores, ſubiectiā hīc ejus catalogum: idq[ue] Iohannis Claji exemplo, quod & ipſe in ſua Germanica Grammatica prefatione, Originem Germanorum deducat ab ipſo Japheto Noachi filio. Apud Szekelium nostrum fol. 150 ſic habet

ATILA GENUS:

1 Noë

2 Ham

3 Chus

4 Nimrod

5 Hunor	16 Büken	27 Zambur	38 Atilla
6 Bor	17 Czanád	28 Bolug	39 Czaba
7 Dama	18 Rudli	29 Boczu	40 Ed
8 Keleed	19 Beztur	30 Zoltan	41 Ugec
9 Keve	20 Miké	31 Berend	42 Eleud
10 Kear	21 Miske	32 Kadicza	43 Almos
11 Beller	22 Ompud	33 Opos	44 Arpad
12 Radar	23 Külczé	34 Ethei	45 Zoltan
13 Orthmar	24 Levente	35 Szemein	46 Toxus
14 Farkas	25 Lehel	36 Turda	47 Geyza
15 Bondofard	26 Zamur	37 Bendeguz	48 Stephanus Rex

Porrò discrepat ab aliis historicis etiam de tempore egressionis Ungarorum ex Scythia, quam ad annum Christi 367 refert, his verbis:

Az Magyarok ez üdőbe kezdéneç mozgóni Scithiából, és fölkelven tiz fáz ezeren általkeléneç Európában à Tanais vizen: Kic ugyan ottan hon Capitányul választáe Chelét, Kevét és Kadizát, à Bendeguz fiait. Id est: *Ungari hoc tempore incepérunt moveri ex Scythia, & sargentes eorum decies centena millia, trajecérunt in Europam, per Tanaim, fluvium: qui domi adhuc capitaneos elegerant Cheletus, Kevem & Cadizam, Bendeguzi filios.*

Secundum verò eorum in Pannoniam adventum in Annū Christi 888. incidisse scribit. de quo prolixè meminit in vita Caroli Magni, quem & supra Sturmii verbis laudavi. Adscribam autem ejus verba & convertam in gratiam eorum, qui antiquis Ungaricas scire desiderant. Liber enim nō

antis-
tales Lingarice:

cuius

*tuivis sit facile obvius, quia nunquā fuit recusus.
Verba eius hæc sunt fol 124.*

Ez à Nagy Cáról à ki Atilla halála után, mikort iránac Christos születése után nyoltz fáz három eftendőbe, nagy hadat támásta Pannonia ellen, kiben most à Magyarok lakoznac, de akort it Magyarok nem lakoztac, hanem külömküllőmb nemzetec, Oláhoc, Avaresec, Iásfoc, Tótoc, és egyéb nemzetec, kikbe imágen keveset lathatúc. Mert Atilla halála után, à Magyarok fél résként à hadba veszéneç Sicámbriánal, mikort Atilanac à két fiai à birodalomról megyivánac, fél réskint pedig, avagy Czabaval menénc el, avagy Erdelbe à Moldova-ság felöl fállanac meg, holot mind è napiglan lakoznac, és nem Magyaroknac, hanem Szekelyeknec hivattatnac, kic még mostis külömbözneç à töb Magyaroktol, törvényekkel és írásokkal, kic Hunniabelli modra Szekel' bőtüvel eslnec mind è napiglan.

Hic est Carolus ille Magnus, qui post mortem Atile, anno à nativitate Christi octingentesimo tertio, magnum bellum movit contra Pannoniā, in qua nunc Hungari habitant: sed tūm hic Hungari non habitant. Verum alias nationes dixerse, Valachi, Aquares, Jazyges, Sclavi, & alia gentes, ex quibus iam valde paucas videamus. Quia post mortem Atile, Hungari, media parte, in bello perierunt apud Sicambriam, cum Atile duo filii pro regno d. certassent: Media parte vero vel cum Czaba abierunt, vel in Transsylvania, versus Moldaviam, considerunt, ubi in hunc usque diem degunt: & non Hungari, sed Szekelis vocantur, qui etiam nunc discrepant à reliquis Ungaris, legibus & scripturā, qui Hunniaco modo Szekelicis litteris utuntur usque in hodiernum diem.

Ezt azert hozom it bē, hogy à Nemeteč az ô Históriajokba azt írtac bē, hogy à Nagy Carol' Imperator idejöt volna Pannoniaba , es it tellyesseggel à Magyaroknac vegeket fakaztotta volna: Maga meeg régen Atila halála utan, tob Magyar it nem maradot, hanem czac az Székelyec, kik mind è napiglan ugyan vadnac. Hanem voltak akort it Pannoniaba Iásfoc, Oláhoc, Tótoc, Ostrogottusoc, Görögöc, Bolgaroc, Raczoc, Cziganyoc, kiket ô hadaval meggyözöt. De még azockalis nyoltz eftendeig hadakozot. Kiket mikoron mindenbirt volna, igyekezés azon, hogy ô è Pannonianac földét mind öröcké Nemet birodalom alà foglallya. Ennekokaért hoza Saxoniából Erdelségbe Németeket, kiket Deakul Saxóknachivúc, Magyarul pedig Szákoknac; kie mind è napiglan otlakoznac. Ezek rakanac Erdelségbe hét keritet várost, Cołosvart, Bezterczét, Segefvárt, Megyest, Szebent, Brasfot, es

Hac ideo hic refero, quod Germani scripseriat in suis Historiis, Carolum Magnum venisse huc in Pannoniā. & hic penitus Ungaros extirpasse. Cum tamen iam olim, post Atila mortem, nulli hic aliū Ungari fuerint, preter Szekelios, qui in hunc usque diem supersunt. Verūrum fuerunt eo tempore hic in Pannonia Fazyses, Vassachi, Sclavi, Ostrogotti, Bulgari, Rasciani, Ciganis, quos bello suo devicit. Sed & cum his octo annos belligerant. Quos cum orones debellasset, conatus est hanc Pannonia terram in perpetuum Germanico Imperio subi. ere. Hanc ob causam adduxit ex Saxonia in Transsylvania Germanos, quos Latini Saxones vocamus, Ungarice vero Szászoc: qui usq; in hunc dñi ibi habitant. Iti exstruxerunt in Transsylvania septem muratas civitates, Claudiopolim, Bistricia, Segefváru. Megyesum, Cibinū, Co-

Tot, és Szákssebeit. Továba egyébféle Némettel építete Nagy Bánát, Csallat, Eperjeſt, Bartfat, Szebent, és Löczét. Kiket minden azért miele, hogy ezekból Erdélféget és Pánoniat birthatná. De még ezalatté mint jámbor vélékedésében, mert ô ezekkel minden à Magyaroknac folgala. Mert mihejt az Magyaroc esmét másodföör Hünniábol kijövénec, azóhelt ezek minden Németestől à Magyaroc birodalma alà jutánac, &c.

ronam, & Szaszoc et ceteris. Porro per alios Germanos adificavit Rivulatum, Cassiam, Egeresium, Baripham, Cebenū, & Lentzborium. Quo omnia ideo fecit, ut ex his offret Transsylvania et Pannonia possidere. sed fristratus est vir bonus opinione sua. quia his omnibus, ipse Ungaris commodavit. Frotinus enim cum Ungari eundō ex Scythia egressi sunt, statim hæc civitates, una cum suis incolis Germanis in Ungarorum di i nem per venerunt.

Hac Szekelius noster de rebus priscis Ungarorum, quos demum circa annum Christi 989. ad fidem catholicam conversos esse scribit: nec possum silentio preterire gravem ejus querelam quam ponit in vita Stephani I. Regis, his verbis:

Ez [Eszvan kiraly] igen jambot vala és Isten felő, de némi tudácnak nincs eleibe adni az Iras fieritit vallo Kerestyenségét, mert immár a czókoló baráto regnálhatna vala. Ennekokaert evvel czénalta- cinaç nagysoc calastromokat, és templomokat, kiket minden napiglan szemünkkel látunk. Tovább a ferzetenec vélle nagy pispékfigeket, de Collegiomat eggyet sem, kibe, az igaz tudomány megtartatot völna. Mert kiki minden az ô fazaka mellé

fitta. Azért à Magyaroc czac Romai Kerekyén-nél ünec. Id est: *Hic [Stephanus Rex] valde probus erat & pius, sed nesciverunt ei proponere eum, qui est secundum scripturam, Christianum, quia jam basia-tores monachi regnabant.* *Quamobrem per eum extrin-curarunt multa cœnobia & templa; quæ usque in hunc diem oculis nostris videmus.* Præterea effecerunt, ut erigeret opimus episcopatus, collegium vero ne unum quidē, in quo vera doctrina conservaretur. *Quia quisque suam ollam fovebat.* Idcirco Ungaritatum Romanici Christiani factierant.

Vera sānè hæc ejus est querela. Nam & in sequen-tium postea seculorum Pontifices & prælati, non a-lio fine s' asserunt fortissimo Regi Ung. Andreæ II, ut expeditionem in Asiam susciperet, quām ut pa-trimonia Petri, ut illi amant loqui, ampliarent & in eisdem monachorum examina latius effun-derent. Licet enim Rex gloriissimus, magnam in-terim domi sua cladem acciperet, & maximam a-pud Barbaros Christiani exercitus partem amitte-re; rem tamen feliciter confecisse putabatur, quād aliquas mortuorum reliquias, Monachis lucrosas, isthinc in Pannoniam reportasset. Hic autem es-t magnanimus Rex Andreas, ex quo progenita fuit Diva Elizabetha Ungarica, materni generis tu-exornatrix & illustratrix, quæ Ludovico Hassia & Turingia Landgravio fuit nupta. Hujus autem postea filia Sophia Brabantæ Duci Henrico fuit elo-cata;

cata; quem Henricum octavo loco sequitur Philip-pus Hassia Landgravius pro avus tuus fortissimus, ut Chytraeus delineavit in Onomastico Theol.

Sed quorsum hac tam varie & prolixè commi-moros? Hoc nempe consilio, Mauriti inclitissime, ut ostendam, non alienam à Tuo genere esse Ungari-cam antiquitatem; neq; Grammaticæ nostra cognitionem Tuus ordini & atat fore despiciatui: cum et iam summi Cesares Grammaticas didicerint & i-psis scripserint, & variarum Linguarum cognitio-ne plurimum sint delectati & adjuti. Matthiam Corvinum Ungarie Regem, preter Turcicam & Græcam, omnes Europeæ Linguis calluisse scribit Ant. Bonfinius Decad. 4.lib.8. Et Turcæ ferocibus armis potissimum dediti, & à literis maxime alieni, cum re ipsa Linguarum utilitatem maximam esse videant, quot linguis quis callet, totidem viris illum equivalere vulgato proverbio jactitant, ut annotavit Guilelmus Postellus. Et notum illud est de Enniō,

Tres olim sciret quod Lingua Ennius ille
Propterea ajebat corda sibi esse tria.
*P. n. l. à
Giesbice.*

Plura congerere desino, ne prolixitate incipcinia Celsitudini Vestre molestus sim; sed ad rem ipsam accedam, cuius gratia hic omnis sermo institutus est: Atque hanc novam Lingua Ungarica Gram-maticam, perspicua ut spero, & facili methodo à me

conscriptam, Vestræ Celsitudini offero dedicoq; & quâ pars est, animi submissione, rogo & oro, ut placido eam ac hilari vultu intueri velit: & quâ solet aliarum nationum, hac in Academia Vestræ degentiū, accipere hujusmodi munera literaria, hoc quoq; munuscum & ngaricum, benignâ manu suscipere dignetur, neg. respiciat rei exilitatem, sed offeretis comprobet studium atq; voluntatem Celsi. Vestræ devotissimam, & utrumq; clementi suo favore & patrocinio prosequi, & cōpliceti per gro no dedigneur. Ego viciſſim fia clientis & grati officia, pro virili mea parte libenter exsequar: atq; Deum Opt. Max. votis ardentibus comprecabor, ut Vestram Celsi. & universam domum Hassiacam, summis virtutibus & benedictionibus diuinis florentem, diutissime cōseruet ad laudem & gloriam nominis sui, & Ecclesia Christi salutare patrocinium, atque optimarum artium ac disciplinarum tutelam ac presidium luculentum, tūm regionis vestrae atq; adeo totius Germania ornementum & felicitatem. Marpurgi. Anno Christi nati M D C I X. XVII. Iunii, quo die Anno Dn. 1478. ars Typographica Muntiæ in ventâ esse dicitur.

Vestræ Celsitudinis

Subiectissimus cliens

ALBERTVS MOLNAR Szenciensis

LECTORI BENEVOLO
S A L V T E M.



U M omnium ferè totius Europeæ nationum lingua, non solum libris variè editis sint exculta & exornatae: sed etiam Grammaticis preceptis, in gratiam polyglottophilorum comprehensa sint. Vism est Illustrissimo & Potentissimo Principi Dn. Mauricio Hassiae Landgravio &c. Domino & Macenati meo Clementissimo, Ungaricam quoque non neg. vendam esse. Mibi itaque Ihsus Celsitudo clementer demandavit, ut linguam patria, quam Dictionarii & Psalterii editione excolere tentasse, etiam preceptis Grammaticis, quoad ejus fieri possit, brevibus includerem, & precepta exemplis perspicuis illustrarem. Volupe sāne misifuit Tanti Principis obtemperare voluntati, sed parum absuit, quin viribus ingeniali mei diffidens, in operis statim vestibulo succumberem. Perrexiporrò Nunquam divini, & Illustrissimi Principis nostri fretus auxilio & favore: sed confidere no potui citius biennio. Quidni enim verum fatear? cum & Joh. Clajus vir eruditiss. fateatur se Grammaticam suam Teutonicam per viginti annos observasse & conscripsisse: cum tamen & ante eum, Albertus Oelingerus non contemnendam scripserit Grammaticam Germanicam, quam Clajus se viduisse & legisse non insciatur. Ego vero quem sequerer quemq; fugerem habebā profus neminem. Quotquot igitur libros Ungaricos anquirere poteram, eos evolvebam omnes: & Biblia sacra ante annos viginti edita, bis in hunc usum, à capite usque ad

Not. Sod.
calcem perlegi, & eadē operā exemplaris Biblici spha-
mata correxi, & quasi pūzidix̄ ea denuō edidi; quod
scirem exemplaria in patria desiderari; & ut possent le-
ctores olim hanc Grammaticam nostram visuri, fontes
ipsos, unde ea desumpta est, inspicere. Methodum autem
Rameam sequutus sum Grammatica Latina pro Scho-
lis Hassiacis ab Illustrissimo Principe Mauricio Hassiae
Landgravio &c. conscripte: Cujus voces technicas ple-
rumq; ipsissimas retinui: Casus tamen nominū aliquos
transposui, septimum addidi, quem Mutativum nomi-
navi: & in conjugationibus verborum, more Hebreo-
rum Grammaticorum tertiam personam, quam radi-
cem esse cujuslibet verbi deprehendi, primo loco posui,
deinde secundam primam postremo. Regulis verò Synta-
cticis exēpla pleraq; Biblica adscripsi, ne studii Theo-
logici oblitus fuisse viderer. Sed nec ipsa Theologia ab-
horret ab ejusmodi studio Grammatico. Testem lando
Eximum Theogum Theodorum Bezan, qui & ipse
scripsit Grammaticam Gallicam; scripsit & Petrus Ra-
mus in gratiam & usum Regina Galliarum.

Deniq; si quis ex me querat, ad quam originale hac
referenda lingua sit, vel cum quibus habeat cognationē,
me nescire fatebor. Video enim eos, qui hoc tempore The-
sauros polyglottos edunt, & linguas quaq; in suas classes
& origines referunt, Ungaricam semper in medio relin-
quere. Cum Europeis nullam cognitionem habere hanc
nostram certum est, si excipias quedam vocabula Sclavoni-
ca rerum in Pannonia repartarum, que & ipsa ma-
gnam partem sunt immutata. An verò in Scythicis A-
sia & finibus supersint gentes aliqua, nostra Lingua Hun-
niacā utentes, juxta cum ignarissimis scio. Siculorum
vel

vel Szekeliorum Transalpinorum literas Hunniacas,
quarum meminit Stephanus Székely in suo Chronico
Ungarico, nunquam vidi, neque hominem novi, quieas
viderit. Rogo itaque populares meos, in primis Szecu-
los Transylvanos, ut si quidejusmodi penes se habeant, in
publicum illud proferre, cum suis commentariis dignē-
tur; neque culturam Linguae Ungaricae, Sclavos imi-
tantes, aspernentur: de quibus M. Laurentius Benedi-
ctus Nudozierinus sic alibi scribit: Hic mihi præ-
cipue mei gentiles Slavi videntur cohortandi, a-
pud quos excolendae eorū linguae maxima est ne-
gligentia; adeò ut nonnulli (expertus de quibusdam loquor) si non tantum non legant Bohemi-
cos libros, sed ne in suis bibliothecis ullum habe-
ant, gloriosum id sibi ducant. Hinc fit, ut cum de
rebus illis domesticalingua est disserendum, semi-
Latinè eos loqui oporteat. Cætera incommoda
neglecti ejus studii non persequar. Hac ille. Ego
vero hanc meam commentariiunculam censuræ meorum
gentilium libenter submitto, eosq; oro, ut errores meos e-
mendare velint, hoc Justiniani dicto moniti: Qui sub-
tiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui pri-
mus invénit. Et si que forte à me non incommode sunt
inventa, ea suorum additione comprobent, juxta illud
Ciceronis dictum: Sapientissimum esse dicūt eum,
cui quod opus sit, ipsi venit in mentem: proximè
accedere illum qui alterius bene inventis obtem-
perat. In stultitia contrà est: minus enim stultus
est is, cui nihil in mentem venit, quām ille, qui,
quod stultè alteri venit in mentem, comprobat.
Bene vale, candide Lector, & si qua parte potes hujus-

In Presa-
tione Gram.
Bohemica.

Pro A.
Clementio.

modi studia juvare juva. & Goropii, quam subjeciam
de numero linguarum sententiam si placet perlege.

DE CERTO ET DEFINITO LINGUARUM NUMERO CLA-

*eg Lib Her-
mathena I.*

rissimi Viri Johannis Goropij

Sententia.

Lib. 6. cap. 4. **Q**uorū verò linguae vel nunc sint vel olim fuerint, quāvis quidam definire tentarint: ego tamen negrami potius liquere, & adeo non magnopere nostra interest. Clemens Alexandrinus, generalis linguarum, sub quibus varia sint idiomata, septuaginta duo fuisse credit, quod è numero corum, qui ante confusionem linguarum è tribus Noachi liberis nati dicuntur, acceptum videtur. Ephorus apud eundem septuaginta quinque tradit fuisse. Verum hunc numerum longe superant aliorum assertiones; inter quos Plinius, à Timotheene memoria proditum scribit, in unam Dioscoridem, Colchorum emporium, trecentarum linguarum homines convenire fuisse solitos: addens à Romanis postea per centum & triginta interpretes negotia ibi gesta fuisse. Mithridates non magnam Asia partem, si toti conferatur, imperio tenens, viginti-duas & in sua ditione habuisse & didicisse, constatī scriptorum testificatione prohibetur. Quibus si reliquias addas, quae toto tūm orbe diversa fuerunt, an non putamus maximum numerum evasurum? Quot sint in orbe Atlantico & apud Hyperboreos, quis explicabit? Et multas tamen esse plurimorum peregrinatione satis est exploratum. Complures post Christi natam, novas extitisse scimus, nunquam antea vel factas, ne dum cognitas. Inter quas cum in sola Europa, minima totius orbis parte, quām plurimæ ab illo tempore exortæ sint, quid de cæteris gentibus innumeris cogitandum? Græcia tota cum suis insulis, Italia, Sardinia, Sicilia, Hispania, Gal-

ia, Anglia, Scotia, novis linguis utitur, post dilaceratum Romaporum Imperium, è diversa priorum & corruptela enatis. Quod si ab illo tempore tantus linguarum numerus non ante cognitarum sit exortus, num mala quis ratione suspicerur, antea quoque quam plurimas è genitum confusione coaluisse? &c.



In Novam

GRAMMATICAM

HUNGARICAM

C. L. V.

ALBERTI MOLNARI

Epigramma

Io. RODOLPHI LAVATERI Tigurini,

Est à Cæsare, constitutione

Aeternum valitura, & universi

Imperi statibus probè statutum,

Ut Nati procerum Hungaro-Latinè

Discant à teneris loqui expedite.

Quo possint animi explicare sensa

Sclavis, atq; Scythis, & universim

Cunctis gentibus in plagiis Eōis.

Ergo LANDGRAVIS, decus virorum

Principum celebre, artis, atq; Martis

*Heros inclutus, efferatur usque
 In cælum, Aönidum choro accinente,
 Quod preter varias in orbe Linguas,
 Hungaram quoque sedulò volutat,
 Hanc & Grammaticam venustiori
 Edi quod methodo novam cupiscat.
 Landetur studium, labor g̃ summus
 Molnari, spatio integri bienni
 Qui nobis methodo elegantiori
 Scripsit Grammaticam diu petitam,
 Plenam, & perspicuam, & probè expositam.
 Felices igitur datur quibus nunc
 Ad gentem Hungaricam procul remotam.
 Via currere plana, & expedita,
 Hoc tanto præente Principe: atque
 Demonstrante viam arte singulari,
 Nostro auctore, prius perimpeditam.*



Index

INDEX CAPITUM.


LIBRI PRIMI.

	CAP. I.
De Literis	II.
De Syllabis	III.
De Metaplasmis	IV.
De Articulo	V.
De Notione & Originatione	VI.
De Numero	VII.
De Genere	VIII.
De Generis adsignificatis	IX.
De Comparatione	X.
De Casu	XI.
De prima declinatione in NAC	XII.
De Declinatione in NAC secunda	XIII.
De Declinatione in NEC prima	XIV.
De secunda Declinatione in NEC	XV.
De Deminutione	XVI.
De Cognominatione	XVII.
De Compositione	XVIII.
De Verbo	XIX.
De Tempore	XX.
De Persona	XXI.
De prima Conjugatione in NAC	XXII.
De secunda Conjugatione in NAC	XXIII.
De Conjugatione in NAC tertia	XXIV.
De Conjugatione in NEC prima	XXV.
De secunda Conjugatione in NEC	XXVI.
De Conjugatione in NEC tertia	XXVII.
De Nominibus à verbis descendantibus	

De Verbis ortis.
De Vocibus sine numero.

LIBRI SECUNDI.

De Convenientia separata & conjuncta	CAP. I.
De Convenientia Articulorum	II.
De Convenientia Nominis cum nomine	III.
De Convenientia Nominis cum verbo	IV.
De Convenientia vocationis sine numero	V.
Derectione Casuum rectorum	VI.
Derectione Genitivi & Dativi	VII.
Derectione Accusativi	VIII.
Derectione Ablativorum	IX.
Derectione verbis infinitis	X.
De Particiis Infinitis	XI.
Derectione variis finis	XII.
Derectione duplicata.	XIII.



GRAM-

XXVIII.
XXIX.

GRAMMATICÆ
UNGARICÆ

LIBER PRIOR

DE ETYMOLOGIA.

CAPUT I.

De Literis.



GRAMMATICA est ars bene loquendi: idq; Ungaris Ungaricæ.

Partes eius duas sunt: Etymologia & Syntaxis.

Etymologia est prior Grammaticæ pars, que singularum vocum naturam interpretatur.

Vox est signum rei vocanda.

Partes vocum sunt due: Litera & Syllaba, quibus accedit Metaphasmus.

Ungari nunc utuntur literis Latinorum.

Litera est vocis nota prima. Estq; vocalis aut consonans.

Vocalis est litera, qua per se sonat, ut: a,e,i,o,u,&c y.

Observatio:

Interdum autem Patach, eut Sogol Hebreorum, clare & ore apertiore preferuntur, & plerumq; notantur ac-

centu acuto, sic: a, é, aut duplicantur, ut aa, ee, posterior
a quibusdam pingitur sic, è.

Interdum vero aut Camet obscure & quasi cum o
mixtum; e ut Zere pronuntiantur.

i o u Sic & i, o, u, plerumq; celeriter proferuntur. Inter-
dum notantur accentus sic i, ó, ú, & cum mora quadam

* clare efferuntur. y: Extra diphthongos non sonat: ad-
dita vero consonis, earum vim lenit, & eas quasi lique-
facit.

Consona est litera, qua cum vocali sonat:

Estq; simplex aut composita.

Consones simplices sunt: b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, q,
r, s, t, x, z, v & j.

Observatio.

b Inter b & p ea est clara differentia apud Ungaros,
qua & apud Italos & Gallos.

c C, ante a, o, u, & in fine dictio nis nihil differt à k, sed
ante e & i profertur, ut apud Latinos, vel ut z, apud
d, t, f, v, Germanos. Inter d & t, stem interf & v, eadem est a-
pud Ungaros, qua apud Italos & Gallos differentia.

g G, ante a, o, u, proferunt Ungari sicut Itali & Gal-
li: ante e & i, & in fine vocis sicut Germani.

Quatuor his consonis g, l, n, t, si vocalis y addatur
gy, ly, sic: gy, ly, ny, ty, lenius & liquidius proferuntur. eas e-
ny, ty, nem emollit & quasi frangit affixa y, qua in iis, velut i
obscure se insinuat.

h H, Ungari fortius & sonans efferunt, quam Itali
vel Galli.

s S, cum densiore sibilo proferunt, velut Hebrei w,
schin, Germani sch, Bohemi & Poloni ss duplex.

z, profertur ut Zain; Hebreorum & Germano-

rum in vocibus nas/nasus: wasen/caphes: gras/herba.

J, jod, sine densiore sibilo proferunt Ungari, quemad-
modum pleriq; Germanie populi, vel ut Bohemi & My-
snici solent proferre suum g.

J

Consonae composite sunt h, rz, cz, quarum prior uni-
us tantum, relique duarum consonantia vim obtinent.

Observatio.

Sz leniter pronunciatur ut Samech Hebreorum &
simplex Germanorum, Bohemorum ac Polonorum.

Sz

Tz eodem modo profertur, quo Germanorum &
Bohemorum c.

Tz

Cz dense admodum & crase pronunciatur, qua
pronunciatio communis est cum Polonis & Bohemis;
Germani fortassis per tch exprimerent. Et pro hac cz,
quidam scribunt ch, alii cs & ts, nonnulli & i vely ad-
dunt, sic czi, csi, tsy.

Q & X in vocibus Ungaricis nusquam inveniuntur, occurunt tantum in nominibus peregrinis apud
Historicos. Quidam inserunt x his oppidorum nominibus, Pax, Berexas, Sixo, Taxon, qua Ungarice rectius
Paks, Berekfás, Szikfo, Takson.

Literarum itaq; omnium ordo talis erit.

Aa:Bb, be:Cc, ce:Dd, de:Ee: Ff, ef: Gg, ge: Hh,
ha: Ii: Kk, ka: Ll, el: Mm, em: Nn, en: Oó: Pp, pe
Qq, ku: Rr, er: Ss, es: Tt, te: Uu: Xx, ix: Yy, Ypsi-
lon: Zz, zeta: Vv, vau: Jj, jod: Sz f, es: Tz tz, tzet:
Cz cz, czé.

Caput II.

De Syllabis.

Syllaba est literis comprehensus onus. Sepe tamen-

32 vim syllabæ sustinet vocalis unica, ut : à, é, ó : sic in vocâlâ, infra: élég, satis, itál, potus: olay, oleum: úfás, natio. Item kiei, eujates: tieid, tui, a, a. mieinc, nosfri, a, a.

Porrò in syllaba consideranda est tūm compositiūm affectiō.

Componitur syllaba vēlex meris vocalibus, vel ex vocalibus & consonis.

Ex meris vocalibus compoſita dicuntur diphthongus, aut triphthongus.

Diphthongi sunt:

áy, ay	Nyáy, grex. Ayto, janua.
éy, ey	éyel, nocte. Feyfe, securis.
oy, uy	Boytos, Hirſutus. Uyság, novitas.
ó vel ö	órom, gaudium. ókor, bos.
ü vel ü	üvieg, vitrum. Tüz, ignis.

Observationes.

I.

Vocales (quas supra dixi, interdum clarius, interdum obscurius proferri) in diphthongis quog, retinent hanc varietatem: ut: Szay, os: Hayfal, Capillit. Téy, Lac: Feytem, Explico.

II.

Diphthongus ó collectis labiis profertur & medium sonum habet inter e & o: cui respondet Gallorum eū, in voce feu, ignis: & Germanorum ó in voce Römis: Frölich, jucundus. prō ea in quibusdam libris reperiuntur eo, ox, idq, in opia characterum typographiūm.

Ü, perinde sonat ac u Gallicum in voce suis, supra: pro hac quidam w ponunt, sed vitiōsē.

Tripl. thon.

Triphthongi sunt öy, üy, ut: Böyt, jejunium, Gyüy-tom, cumulo, congrebo.

Observationes.

I.

Y, in diphthongis & triphthongis medium sonum habet interi & j, ut Sayto, Prelum, Gyüyto, cumulans.

II.

Diphthongi ö & ü, sonum suum in triphthongis conſtanter retinent, ut: Döytom, Devolvo, deturbo. Gyüytom, Congrebo.

De Vocalium & consonarum con- junctione.

Syllaba ex vocalibus & consonis conflata dicitur mixta, cuius vocalis est vel in exteriore vel in interiore parte.

Exterior vocalis consonas aut precedit, ut ás, fodi: art, nocet: aut sequitur, ut: Fa, Lignum, Ló, equus.

Interior vocalis est consonantibus inclusa, idq, vel a- qualiter veline aequaliter, ut: Bab, faba: Sip, fistula, Soc, multus, a.

Inequaliter pluribus consonis consequentibus, ut Bors, piper, kard, ensis: Láng, flama: Rest, piger, a, ü.

Canones de literarum connexione.

I. Qualis est scriptura, talis est pronunciatio, ut af- fony, mulier, non afoni: élō vivens, non éllo.

II. Duplicata consona priorem syllaba priori, po- steriore posteriori adscribit, ut for-ro; fervēs. Sem-mi- nibil. Duplicari autem in media dictiō possunt omnes consona prēter Cz & j. Quādam etiam in fine gemi-

C

natur, ut all. stat: függ, pender: forr, servet: fuss, tur-
re: holott, ubi: hozz, adfer.

III. A duabus consonis nulla incipit vox Ungari-
ca; à peregrinis autem mutuata vocabula sic proferunt
adhibitis vocalibus, ut pro Schola dicant in differenter
Eskola, Iskola, Oskola: pro planta, palanta: pro Sta-
bulo, istallo: pro Claustro, kalastrom. Pro Stephano,
Istvan, pro Clemente, Kelemen. Et pro Sclavonicis
vocibus, Ral, király, rex: pro Stol, astal, mensa: pro
Rias, kalás, spica, arista: pro Röss, kúlez, clavis.
drag, deraga, carus, a. plerig, tamen exprimunt dra-
ga, pretiosus, a. tróbita, tuba: trefa, jocus. pro drabant,
tamen frequentius scribitur darabunt, satelles.

IV. Sz, Cz, Et Tz, incoant vocem quia unius tan-
tum litera vim obtinent singula in vocis initio.

Struzmadar, Struthio Camelus avis, ab idiotis dif-
ficiliter pronunciatur; ut Et Pträffentes, Sternutatio,
pro qua quidam tantum Püßfentes, vel pißfentes,
scribunt omisst, Et r.

V. In fine plures duabus conjungi non possunt, ut,
Bolond, stultus: Czalárd, fraudulentus: Galamb, Co-
lumba: Lábtalp, planta pedis. In sequentibus enim po-
strema dva in una coalefcunt, ut: Lantz, Catena, lnts,
mone: Ronts, confringe, Tarts, serva.

VI. In media voce concurrunt aliquando tres con-
sonae, ut: Tudatlanbnac, ignorantiori: echesbne, pru-
dentiori: kilentzven, non aginta: iistrángtol, à fune.

VII. Unica consona inter duas vocales sequenti
jungitur, ut: a-rú, merx: La-tóé, videntis.

VIII. Vocis pars ad alteram lineam reservata no-
tatur custode seu signo divisionis, sic - ̄ „ „ .

IX. Li-

IX. Litera y, que nullam facit syllabam, à suis 4. cō-
sonis gy, ly, ny, ty, quarum vim emollit, non est diyek-
lenda in vocis diuisione, sed simul cum iis precedentibus
vel sequenti vocali est annexetéda; ut: Nagy-sag, magni-
tudo: gyò-nyò-rüség, Voluptas, delectatio: Lyu-kas,
foraminosus: hely-be, In locu: tyu-kás, Gallinarius.

X. E numero syllabarum vox est vel monosyllaba,
ut tars, socius: nagy, magnus: vel polysyllaba, ut: Isten,
Deus, duarum: Lakozic, habitat, truum: mindenek-
ben, in omnibus, quatuor: Hatalmasflaga, potestas-e-
jus; quinque: Irgalmasságából, ex misericordia-ejus;
Sex: Irgalmatlanságából, ex immisericordia sua; se-
ptem: eltávoztathatatlanul, inevitabiliter, octo: eltá-
voztathatatlansága, inevitabilitas-ejus, novem: eltá-
voztathatatlanságára, ad inevitabilitatem-ejus, decem:
eltávoztathatatlanságaitoc, inevitabilitates-vestra,
undecim: eltávoztathatatlanságaitok bol, ex inevi-
tabilitatibus vestris, duodecim. Porrò ut dixi, y syllabi-
rum numeru non auget; Monosyllaba enim sunt: sayt,
casus: gyongy, gemma: lyuc, foramen: nyár, estas:
hány? quot: éliy, vive: pinty, fringilla: dissyllaba, nyá-
jas, blandus, a: gyermec, puer: mellyben, in quo: hat-
tyú, cygnus: Trissyllaba, atyáinc, parres nostri: folya-
mat, fluentum: gyonyoriú, delectabilis, e: nyavaloya,
miseria.

De Quantitate.

Affectiones syllabarum in tempore & accentu tāne
varia & multiplices sunt in hac lingua, ut omnia He-
braorum puncta & accentus omnes locum invenirent.
in scriptura nostra Ungarica si literis Hebraicis utere-
mur. Minima enim accentuum mutatione & prolati-
onis varietate, mutatur vocis significatio; ut observavit

etiam Galeottus Martius Italis, Matibia Regis Ungariae olim Praeceptor, in lib. Apophtheg. Regis Marti, cap. 18 & 28. Exemplum unicum adscribam: Hálá prima longa significat, pernoctavit: Hálá, utrobiq; clare prolati adnotat grates: Hala utraq; brevi & obscura, est pisces-ejus. Hinc nostri pueri saperident exterios Scholasticos perperam canentes illua. Nagy hálákat adocazén Uramnac, Id est recta pronunciatione; Magnas grates reddo Domino meo: obscure autem & correpte prolatā voce halakat, sensus erit: Magnos pisces dabo Domino meo.

Exempla plurima suppeditat nostrum Dictionarium, & cuius legenti Ungarica, passim sunt obvia.

Quoniam verò hec virgula supra vocales posita sic: áéíóú, qua carum prolationem clariorem indicat, in una eademq; voce sepius occurrat, ut látását, visio nem-suam: Vénseget, Seneclutem-ejus; nulla potest accentui sedes certa assignari. Et sunt voces plurimæ in quibus tantù moræ equalitate proferuntur syllaba, ut nullum fere discriminem deprehendi possit. Nec desunt voces etiam polysyllabe, in quibus ne unica quidem est vocalis accentus capax; ut Bün, peccatum: gyüro, annulus konyörülök, commiseror: Szükölkodóm, indigeo &c.

CAPUT III.

De Metaplasmis.

Exposita literarum & syllabarum natura, restat dicendum de metaplasmis.

Metaplasmus est vocis quadam transformatio: Est q; vel literarum tantum singularum vel etiam syllabarū.

Litera-

Literarum tantum est Metathesis & Antithesis.

Metathesis est litera transpositio, ut kóldus, kuldos, mendicus, kalán, kanál, cochlear: Vétec, delitatum, vétke, delictum ejus. tantorog, titubat; tantorgo, titubans.

Antithesis seu antistoechon est litera pro litera positio ut: Hit, hüt, fides: idó, üdo, tempus: ayádec, ajándoc, donum: Perlec, pörloc, perlöc, pörlec, litigo: gyanánt, gyaránt, gyalánt, instar.

Metaplasmus syllabarum pariter & literarum accidit, vel promiscue & in locis omnibus vel tantummodo in certis.

In omnibus promiscue est Syneresis & dieresis.

Syneresis est duarum vocatum in unam contractio, que sit positione y pro e elidenda; ut lyanya, pro léanya, filia ejus.

Dieresis contra est diphthongi in duas syllabas distractio, sitq; positione i pro y, ut: haittom, pro haytom, jacio.

Idē fit solutione v & j consonarū in u & i vocales, ut: aluás, pro alvás, dormitio: Szomiu, pro kóju, sitiés. &c.

In certis locis tantum est in dictionis vel principio, vel medio, vel fine.

In principio est prothesis & aphoresis.

Prothesis est principii apposito, ut: elkihozom, pro kihozom, eduko. Elbevíkem, pro bém, introductio.

Aphoresis contra est principii ablatio, ut: fogat vonoc, pro kivonom, dentem extraho. penztáloc, prakialoc, pecuniam effodio.

In medio est Epenthesis vel Syncope.

Epenthesis est litera vel syllaba interpositio, ut, Szól-

loc, pro si loc, loquitur: est erag pro ektrag, ciconia.

Syncope contra est litera aut syllabe de medio elisio, ut: orzcm, pro órizóm, cüsfdio: kezdtem pro kezdetem, incepi: Mondtam pro mondottam, dixi.

In fine dicitur paragoge & apocope.

Paragoge est litera aut syllabe in fine additio, ut Latnia, pro latni, videre: tennie pro tenni, ponere. Miglen, pro mig, donec: addiglan, pro addig, tantisper.

Apocope contra est de fine litera aut syllabe amputatio, ut: tóvis, protovisk, spina. Néki pro nékie, Psi. Lovag, pro lovagos, eques.

Apostrophus notatur interdum pro e elisa ante s, idq, in sola vacula és, ut: ma's holnap, pro ma és holnap, hodie & cras. Ez s'ez, pro ez és, hic & hic: az s'az, pro az és az, ille & ille. Illyen s' illyen, talis & talis.

Vocalis y, penes quatuor consonas elisio sic variè notatur, g'g'g l'n n': pro gy, ly, ny, ty.

Item in articulis à è accentus gravis vel circumflexus à, è, nota est elisa consonae z, ut à, è, pro az, cz, ille, iste, hic, sz.

CAPUT IV.

De Articulo.

Articulus est particula demonstrationis vel notae emphatica significationis, qualis est apud Hebraos litera נ. He cum puncto cametz vocibus prefixa, ut נָאָתָה Hirsch, id est: Hic-vir.

Articuli Ungarici sunt duo, Az, Ez.

In demonstratione rerum distinctarum, ez voci propinquiori, az remotiori additur. Vide Syntax cap. 2.

Particula numeri prima egypti, unus, a, um. interdum vice articuli fungitur, ut Ahun egy ember, Ecce unus homo!

Aliquando simul concurrunt omnes, ut: Ez az egypti propheta: Hic ille unus verus propheta. Et tunc articulorum alterius verbi substantivus est, vim obtinet.

CAPUT V.

Denotationē & originationē.

Partibus vocum expositis restant ipsarum accidentia, que partim generalia partim specialia sunt.

Generalia que in omni voce considerantur sunt notio & originatio.

Notio est vocis agnitus.

Agnoscitur autem vox significatione vel terminacione.

Significatio consistit in potestate vocis, ut: emberi, emberséges, humanus, a. ember, homo: Sic Látni, videre: Lat, videt: Szeretretött, amatus, a: Szeret, amat.

Terminatio est in cuiusq, vocis extrema litera.

Estq, in vocales & consonas.

Terminatio in vocales est in a,e,i,o,u,y, ö, ü, ut: kapa, Ligo : eke, aratrum : teli, plenus, a: ayto, janua: falu, pagus: hay, capillus : fo, caput : bőtia, litera.

Terminatio in consonas frequens est in b, c, d, g, k, l, m, n, p, r, s, t, z. ut: lab, pes: vac, cecus: vad, fera: fog, dens: sok, multus, a, um: fal, paries: halom, colpis: Szén, carbo, pruna: pap, sacerdos: yár, arx: kés, custer: kút, pteus, fons: ház, domus.

Annumerantur his; Vadás, venator: Szócz, pellio; Lántz, Catena: item, Társ, socius: hozs, adfers: galamb, columbus, a. hitvánb, vilior, us: Lásd, vide: harang, campana.

Terminatio in consonas rara est in f, h, v & j. ut, Kána, Téria, fibra: moh, muscus: kónyv, liber, codex: fahéj, cortex.

Originatio est quā vocis origo disquiritur,
vnde vox prima vel orta dicitur.

Prima, qua est sua originis ut Lát, vider: elme, ingenium: meg, per, con.

Orta est, qua aliquid existit.

Ortis accedit Euphonia gratia Elíso vel Permutatio.

Elíso est, quā litera pereunt, ut; bizontalan, incertus, a. à bizony & talan, elíso y. kiválkeppen, precipue; à kivalt & keppen, elíso t.

Permutatio est literarum pro litteris positio, ut bantalan, innumerus, a. à sám, numerus, & talan, trivádi particula. Igasság, abigaz, & ság, iustitia: Mingyárást, statim, confessim, à mind & járást.

Orta vox est derivata vel composita.

Derivata est, qua ex pri: ri deducitur, ut: Láttatos, Conspicuus, a, visibilis, e: à Lát, vider: elmés, ingeniosus, a. ab elme.

Comp.

Composita est qua ex pluribus simplicibus constat;
ut ex meg & lát, meglát, pervidet: ab el be megyec,
elbémegyec, intro eo.

Simplex est, qua in partes significantes dividi nequit,
ut, Úr, úri, úraság; Dominus, dominicus, a, dominium.

Divisio literarum ut & compositio mutatur ita, ut
cuiq; parti vocis composita sua litera maneat; ut el-a-
dom, vendo: meg-látom, pervideo : két-agu-kapa,
Quando duo substantiva conjunguntur, alterum in differenter est aut nominativus casus, aut Dativus, alterum semper est ablativus affixum habens pronomen, possessivum, in, a, e, i, ut: Ur háza, domus Domini. Urnac ástala, Domini mensa. Szolgáknaç Urái, servorū Domini. Uraknaç fiolgai, Dominorum servi. Isten igéje az bőlczeségnec feje, Dei verbum sapientia caput. Ablativum autem voco omnem casum, affixa pronomina habentem, licet & hic pronominalis vel affixus casus reflectatur per sex ordinarios casus. sup. fol. 60.

V.

Si substantivum cum affixo procedat, plerumque dativeus postponitur cum articulo, ut: Fia az Isten nec Fa-

Ius Dei est. Tísti az emberneç, officium est hominis. Határai ez foldneç, termini hujus terra.

Substantivum cum Adiectivo.

I.

Adiectiva omnia sub eadem terminatione preponuntur omnium generum substantiis, quæ sola recipiunt numeri & casuum varietatem; ut jo ferfiu, bonus vir: jo affonnac, bona mulieri, jo buzát ád, bonum frumentum dat. Az nagy vitéznec nagy lova, az nagy Dunát az nagy terechvel, nagy erejével altal-ússa: magni militis magnus equus, magnum Dannibium cum magno armere, magnávi snátranat.

II.

Et adverbia interdum adiectivorum vice funguntur, ut: külön helyen, Job. 20. v. 7. alio loco: Mesze ut, longa via.

III.

Adiectivis numeris pluralibus, nunc singularia nunc pluralia subjectantur nomina substantiva, ut: Senki né fiolgálhat két urnac. Matt. 6. 24. Nemo servire potest duobus dominis. két emberec mennec valafel az téplomba. Luc. 18. 10. Duo homines ascendebant in templum. három várost válañ magadnac, Deut. 19. 2. Tres civitates eligit tibi. Czinályunc három haylékokat, Marc. 9. 43. Facianus tria tabernacula. Vide exempla plura. Job. 6. 11. Job. 19. 18. Luc. 9. 16. Luc. 11. 6.

IV.

Caterum numeri ab undecim usq; ad centum coniunctim debent scribi, ut, Egy, 1. kettó, 2. három, 3. négy 4. öt, 5. hat 6. hét 7. nyoltz 8. kilencz 9. tiz 10. tizenegy 11. tizenkettó 12. tizenhárom 13. tizennégy 14. tizenöt 15. tizenhat 16. húf 20. húfonegy 21. húfonkettó 22. húfonhárom 23. harmintz 30. negyven 40. ötven 50. hatvan 60. hetven 70. nyóltzvan 80. kilentzven 90. Deinceps separatim scribuntur, addita quondam copula és &, que interdum apostrophen patitur s', ut, fáz egy 101. fáz kettó 102. fáz három 103. fáz és négy 104. fáz és öt 105. fáz s' hat 106. fáz s' hét 107. Rursus conjunguntur in centenarii augmento, ut: kétfáz 200. háromfáz 300. négyfáz 400. & separantur két ezer 2000. három ezer 3000. &c.

V.

In ordinalibus, & si plura concurrant ultimum tantum recipit ordinalium terminationē, ut: fáz harmad, centesimus tertius, a, um. Ezer hatszáz nyoltzadic: millesimus sexcentesimus octavus, a, um. Non autem ezeredic hatszazadic nyoltzadic.

VI.

Quando duo adjektiva junguntur, alterū induit naturam substantivū, ut: Eros ifju, fortis juvenis. Eties vén, prudens senex. Jamborbac az régićc, probiores sunt antiqui.

VII.

VII.

Interdum multis substantivis unum additur adjetivum plurale vel singulare; ut: az oroszlán és az medve haragosoc, Leo & urus iracudi: mind nénnye bátya elég rést, & soror-ejus, & frater suis satis piger.

VIII.

Relativa ki, melly, cum substantivo antecedente numero tantum convenire necesse est, casu enim sequenti verbo respondet; ut: Ez az ember, az kit vártam, hic est homo, quem expectavi: Ez az jószág, mellyet igért, hac est possessio, quam promisit: Félyed az urat, kitéged teremtett. Time Dominum, quia te cravut.

IX.

Quo casu queritur, eodem respondetur, si responso fit per nomine, ut: kiteremtette ez vilagot? az Isten: Quis creavit hunc mundum? Deus. Kinec írom ez konyvet? Mauritus Fejedelemnec. Cui scribo hunc librum? Mauritio Principi, kit keress? quem queris? téged, te. ötet, ipsum, az urat, Dominum. Mi ujság Budában? semmi, quid novi est Buda? nihil.

X.

Cum per genitivum kié (vel per vocem cui affixum est pronomen possessivum) queritur, possessivare redditur casu diverso, ut: kié ez a ház? cuius est hac domus? enyim, mea, tied, tua; övè, ipsius, mienc, nostra, tiec, vestra, övcc, ipforum. kie ez könyvec? cuius

(sunt) *hi libri?* Enyimec, *mei.* Tieid, *tui:* mieinc,
nostri: tieitec, *vestri.* Ki irásat olvasod? *cujus scripta-*
legis? Mosefét, *Mosis.* Platoét, *Platonis.*

XI.

Pusta, Szégyen, gyalog, *interdum adjectiva inter-*
dum substantiva sunt: ut, Pusta föld, *deserta terra:*
Pustaban lakni. *In, deserto habitare.* Szégyen do-
log, *pandulares.* Szégyen az lopás, *pudor est furari.*
Gyalog legén, *pedestris juvenis.*

CAPUT IV.

De Convenientia nominis cum verbo.

I.

Verbum finitum cum nomine convenit in numero
& *persona: ut,* Isten ból, *Dens loquitur:* Angyalok
énekelnec, *Angeli canunt.* En vagyoc, *Ego sum.*
Te vagy, *tu es,* Ó kiált, *ipse clamat.* Esló esic, pluit,
vel pluvia cadit. Ho esic, ningit. Mény dörög, *cæ-*
lum tonat.

II.

Adverbium etiam aliquando est loco nominativi,
ut: Sokan járnac az héles úton, *multi ambulant*
per latam viam. kevesen mennek béké az horos ka-
pun, *pauci intrant per angustum portam.* Egyedül
vagyunk, *Solis sumus.*

In-

III.

Interdum per ellipsin nomina omittuntur: ut, mond-
gyác, *dicunt;* Irjác, *scribunt.* Sub intellige Az embe-
rec, *homines:* nemellyec, quidam.

III.

Nominativus aliquando est etiam implicatus ver-
bo: ut, megyirrad, *diescit, scil. az idő, tempus.* Meg-
vilagosodic, *illucescit, sc. az nap, dies.* Eleste veledic,
bésététül, *advesperascat, tenebrescit, scilic.* Az idő és
nap, *tempus & dies.*

CAPUT V.

De Convenientia vocum sine
numero.

Prepositionum postpositionum & affixorum cum no-
mine & verbo coherentiam & coalescentiam sub decli-
nationibus & alibi delineavimus in Etymologia; qua-
modo item prepositiones recipiant affixa pronominalia,
ostendimus in xxix. cap. Etymologia. Hic pauca ad-
demus.

I.

Præpositiones, vel potius postpositiones separabiles
quedam cum nominativo convenientiunt; ut, Isten által,
per Deum. Ház előtt, *ante domum.* Városok között,
inter civitates.

II.

Si vero affixa habuerint pronomina possessiva cum

dativo conveniunt; ut: Istennec előtte, ante Deum. Hütne cáltala, per fidem. Pilatusnac alatta, sub Pilato, Tenéked utannad, post te.

III.

Dativis articulo notatis etiam preponi possunt, ut: mellette az toroniac, penes turrim. kivõle az ház- uac, extra domum: alatta az padnac, sub scamio.

IV.

Quedam prepositiones vel postposita conveniunt cum ablativis vicina significationis; ut: házhoz közel, prope domum. Tulaz Dunán, trans Danubium. In- net az völgyön, cis vallem.

De Adverbii.

I.

Adverbia plerumq; verbis, nonnumquam etiam nominibus & inter se junguntur, ut: Jól intek, Benemones. Elég bőlcz, satis sapiens. igen vén, valdè senex. kevessé efes, parum prudens. Eredgy hamar, abicíò, igen gyorson, valdè velociter.

II.

Aliquando nomen adjectivum neutraliter possum pro adverbio usurpatur, ut: Edest mosolyog, dulce subridet. Késérült alufic, amarum dormit.

III.

Sunt & Adverbia nominalia in ul, ül, ol, öl; que plerumq; per nomina redduntur Latinè, ut: Ezetit nekter

nekter bizon sagülleknec, Luc.21.13. Hec vobis erunt testimonium. Az igazac oroksegül birjác az foldet, Psal.37.v.29. Justi hereditario jure possident terram. pénzüli fizet, pecuniá solvit.

IV.

Et congregativa in stól, stól, nunc per adverbia nuc per ablativos Latinè exponuntur; ut Szekerestól lova- stól elhaladt: cù currus & equis similevasit. Mind gyokerestol kißaggattyá: Ezech.17.v.9. radicitus extirpabit. Te mindenestül bünben bülettél, Joh. 9.34. Tu totus in peccatis natus es.

V.

Sic etiam promiscue exponuntur adverbia nomina- lia in án, en, on, ut: Es ugyan nemán marada Luc. 1.v.22. Et etiam mutus permanit. Job néked vakon, mennen az életre. Marc.9.v.43. Melius tibi, ca- cum ingredi in vitam. üreslen bocztá az gazdagokat, Inanes dimisit divites. Luc.1.

VI.

Sokkal, multò: mennyivel, quantò: annyival en- nyivel, tantò: comparativo conveniunt, ut: Sockalé- kesben, multò ornatus. Mennyivel bőlczeb an- nyival embersegésb, quantò sapientior, tantò huma- nior.

VII.

Comparativo alignando subjicitur, hogynem & hogynem mint: ut, Jobban tudgyahogynemén, melius scit quam ego. Vegyétec az tudomant inkáb,

hogy nem miht az válaftot aranyat. *Prov. 8. v.10.*
accipite doctrinam potius quam aurum electum.

VIII.

*Hac adverbia mutuo se consequuntur, mentol, vel
 mennel, annal, ennél: addig, mig, ut: Mentol gaza-
 dagb annál méréfb, quò ditior, eo audacior. Mennél
 hamaréb annál job, quo cirtius, eo melius. Addig zor-
 getec, mig megnyittyac: Tantis per pulsabo, donec a-
 periant.*

IX.

*Ne prohibentis, nem tantum negantis est: ut, Ne
 ölly non occidas. Nem jo ember nec egyedül lenni,
 non est bonum hominem esse solum.*

X.

*Duae negationes Ungaris perinde ac Gracis & Ger-
 manis magis negant: ut, Semmit ne kivány felet-
 téb, nihil optes nimium. Senki nem fogálhat két
 urnac. Nemo potest duobus Dominis servire. Soha
 nem láttam, nunquam vidi.*

XI.

*Adverbium csak tantum, redditur plerumq; La-
 tinè per Solus, a, um: ut, Nem csak kenyérrel él az
 ember, *Marth. 4. Non solo pane vivit homo.* Czaé
 az Judánacháza kövétè az Davidot, *2. Sam. 2. versé
 10. Sola domus Iudea sequebatur Davidem.**

XII.

Kölczön modo adverbium modo nomen est: ut, Az
 ki kölczon kér, adgy néki: *Marth. 5. v.41. qui mu-
 tuum petit da illi.* kölczont adgyátoc, *Luc. 6. 35. mu-
 tuum date.*

De Convenientia Conjunctionum.

I.

*Conjunctionio conjungit plerumq; similes casus, vel si-
 milia tempora, dissimilia etiam precedentibus annexit:
 ut, Enni és innya és élni az kerésett jóval: Eccl. 5.8.
 edere & bibere & frui bonis quaestis. Ez az felekné-
 kis, az vizeknekis paranczol, és engednec néki,
 Luc. 8.25. Hic & ventis & aquis imperat, & obediunt
 illi.*

II.

*Hæ conjunctiones sibi respondent & in oratione mu-
 tuo se se consequentes colon efficiunt; noha, mégis, a-
 zért: Jollehet, mindazáltal, de, nemezac, hanem:
 ut, Noha vétkeztünc felséges Isten: azért el nem
 Hagytál: Etsi peccavimus, celse Deus, tamen non de-
 seruisti (nos.) Jollehet vadnac soc ellenseginc:mind
 azáltal semmit nem felünc:Tamen si multi sint hostes
 nostri; nec tamen metuimus.*

III.

*Conjunctioni Ha, correspondent, hát, tehát: ut, Ha
 azt czelekesed, hát elb: Si hoc feceris, vives. Ha ke-
 gyelemból vagyon, tehát nem czelekedetekból,
 Rom. 11. Si ex gratia, jam non ex operibus. Postiores
 plerumq; omittuntur: ut, Ha Isten engedi, holnap jo
 reggel felkeloc: Si Deus permittat, cras bene manè
 surgam.*

IV.

*Conjunctionib. hisce vagy, akár, mind, correspondet
 sedem repetite: ut, Ha valaki ád felebarátyanac fa-
 márt, vagy ókröt vagy juhot, vagy egyéb állatot:*

Exod. 22. vers. 10. Si quis dederit proximo suo, a finum aut bovem, aut ovem, aut aliud animal aliquod. Akarferfi, akar affsonyi állat: Num. 5. v. 6. sive vir, sive mulier. Az ki mind tegedet, mind azt hivta, Luc. 14. v. 9. Is qui & te & illum vocavit.

V.

Disjunctiva conjunctiones se, sem, invicem subsequntur, ut: Se egyél se igyál addiglan, Nec edas nec bibas tantisper. Sem élec sem haloc, Nec vivo nec morior.

Rectius verò precedit ne vel nem prohibendi negandig, adverbium, ut: Semmi dolgot ne tegy se te, se fiad, seleányod &c. Exod. 20. Nullum opus facito, nec tu, neque filius-tuus, neque filia-tua. Nem láttam sem hallottam sem gondoltam illy dolgot, Non vidi, nec andivi, nej, cogitavi talem rem.

VI.

Conjunctiones conclusiva vel rationales indifferenter preponi vel postponi possint; ut: Annakokaért akarom, &c. Idcirco volo. Kérem azért ôtet, rogo itaq; eum, &c.

VII.

Hogy, ut: Coniunctio causalis eandem ferè habet convenientiam apud Ungaros, quam apud Latinos & Germanos, ut: paranczolom néked hogy ki menny, Impero tibi ut ex eas. Meghagyám néked hogy ki mennél, jussaram ut ex eas, &c. Hogy embereket öllyenec fel kelneç éyjelaz latroc. Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones.

C A-

CAPUT VI.

Derectione casuum rectorum.

Hac de convenientia: Rectio est, cum vox vocicer flexionis sine respondet.

Hic igitur vox ana regens, altera recta dicitur.

Derectione in genere.

I.

Orta sequuntur rectio nem primorum, ut nomina comparativi & superlativi gradus suorum absolutorum: Adverbia nominum, unde derivantur; participia suorum verborum, ut: Erdély bék, bevséges, bevségsb, bővelkodic, arannyal, bőrral, buzával: Transylvania abundans, abundantior, abundat auro, vino, frumento. El, éleć, élhetec valami jóval: Utitur, utor, uti possum aliquo bono. Job, jöbban, legjobban énekél: Bené, melius, optimè canit.

II.

Verbalia interdum regunt casum prepositionis, cum qua & ipsa sunt composita: ut Bémegyec az kertbe, Ingredior in hortum. Ráülök az lóra; Insidebo in eum.

III.

Verba cum prepositionibus composita in quibusdam temporibus & modis post-ponunt prepositionem; interdum dissectam transponunt, ut: Megadom, Reddo. Admeg, redde: Meg akarom adnii, cupio reddere.

M

Miért adnámé? curredderer? meg kell nékülné
adnunc, oportet nos reddenre. Bémegyec, Ingredior.
Béne mentiy, ne ingrediáris. Nem mehetek béké, non
possum introire.

Rectio casuum rectorum.

I.

Nominativum regunt post se verba essendi: ut, En-
vagyoc az Ur, *Ego sum Dominus.* Kóvetec vagyunc
mi, *Legatis sumus nos.* Te vagy az erős Isten, *Tu es*
fortis Deus. Hadnagyoc vadoc ti, *Duces estis vos.*

II.

Essendi verbum vagyon *est*, vadnac *sunt*, presen-
tis temporis in tertia persona nanquam exprimitur, nisi
sermo fuerit de loco & habedo: *ut, Az ur az Isten, Do-*
minus (est) Deus. Hatalmas az király, potens (*est*)
rex. Mauritius az Fejedelem, *Mauritius (est)*
Princeps. Ravašoc az Olafot, *Asturi (sunt) Ita-*
li. Torókoc vadnac Budaban: *Turcs sunt Buda-*

III.

Idem fit in negationibus, simpliciter enim ponitur
particula negans nem, *non*, nec additur tertia praesens
Est. Vagyón, Vadnac, *sunt: ut, Nem ember az I-*
sten, i. Sam 15. Deus non (est) homo. Nem angyalok
az emberek, *homines non (sunt) angeloi.*

IV.

Infinitum verbum, vel infinitivi praesens, ali-
quando

quando pro nominativo ponitur: ut, Jo diczérni az I-
sten, *Bonum (est) laudare Deum.* Tiszességes fol-
gálnia az Urnac: *Honorificum (est) servire Domini-*
no. Olválni az Bibliat hásnos, *Legere Biblia utile*
(est.)

V.

Vocativus imperativis secunda persona indifferen-
ter praeponitur vel postponitur: *ut, Oh Ur Isten te-*
kents hozzánc! *O Domine Deus responde nos!* Ke-
gyelmezz meg néküncök Isten: *miserere no-*
ntri ob sancte Deum.

VI.

Adverbia, nō, nōfa, hozzá, nominativum regūt:
ut: No immár gazdagoc siójatoc jaygatással, Iac. 5.
v. 1. Agemnuc divites flete cum ejulatu. Nofake-
reftyénec hallyatoc uý dolgot: *Agite Christiani*
audite rem novam. Hozzávitezec, *Eja milites.*

CAPUT VIII.

De Rectione Genitivi & Dativi.

I.

Substantivum regit genitivum substantivirei di-
verse; genitivi autē nota est ē cum accentu: *ut, Melly*
Istenē vagyoc én, *Actor. 27. vers. 23. cuius Dei*
sunt ego. Az Uré az hatalom, *Domini est poten-*
tia.

II.

Dativum regunt verba essendi, vocandi, nominandi, nuncupandi, &c. ut: Látták őtet feltámatnac lenni, Marc. 16.14. Viderunt eum resuscitatum esse. Jesus mondatic Christusnac: Iesu dicitur Christus. Az Hassiai Fejedelmet hivjác Mauritiusnac: Hassia Principem vocant Mauritium. Az Szárazt nevezé Isten földnec, az vizeknec soksgát tengernecc: Gen. 1.v.10. Aridam vocavit Deus terram, aquarum multitudinem mare.

III.

Nomina collectionem & partitionem significantia; dativum regunt: ut, Eggyic az két tanítványoknac, Joh. 1. v. 41. unus ex duobus discipulis. Mellyiket ez kettőnec, Act. 1.v. 24. utrum e duobus. Hozza annac valamirefét, Exod. 22.13. Adferat illius aliquam partem.

IV.

Adiectiva commodi, incommodi, & his cognata significationis dativum regunt: ut, Haſnos nékem, utille mihi. Haſontalan te néked. inuile tibi: könnyü vagy nehéz néki, facile, leve vel difficile illi. Káros sokaknac, damnosum multis. Mindeneknec ártalmas, omnibus noxiūm.

V.

Dativum regunt verba dandi, mandandi, declarandi, obsequendi, commodandi, gratulandi, gratificandi, vel nocendi: ut, Nékedom, Tibi do. Mánac fe-

fedem, alii colligo. Magamnac kereſec, mihimes quero. Szolgámnac paranczolę, Servo-meo impero. Megmagyarázom nékic, interprazor ipſis. Engedecaz jol intönecc, Pareo benē momenti. Istenec ajánlom, Deo commando.

VI.

Kell, oportet, Sziükseg, (opus vel nec ſum est) dativum regunt: ut, Az embernek uyonnan kell fiiletni: Hominem denuo oportet naſci. Sziükseg kereſtyennec mindenkor vigyázni: Necesse est Christianum ſemper vigilare.

VII.

Verbo habeo Ungari deſtituti, pro eo utuntur verbo Vagyon, Vadnac, Eſt, ſunt, pro non habeo ponunt, nincz, ninczen, ninczenec, non eſt, non ſunt; que plerumq; dativum regunt cum affixis poſſeffivis, ut: Vagyon Moſeſec és prophetájoc, Luc. 16. Eſt moſeſ-ipsorum & propheſa-ipsorum, id eſt: Habent Moſen & propheſas. Más juhaimis vadnac nékem, Joh. 10. v. 16. alia quoq; oves ſunt mihi. Az madaraknac feſikec vagyon, Luc. 9. 58. Volucres nidos habent. Ninczen királyunc hanem Czákárunc váyon: Non habemus Regem, ſed Cſaré. Az lélek nec ninczen húſa és. czontya, az mint láttya tochogy nékem vagyon. Luc. vlt. v. 39.

CAPUT VIII.

De Rectione Accusativi.

I.

Verba activa significationis regunt accusativum rei

patientis. Et quidem activum indirectum regit accusativum nudum, id est articulis demonstrativis substitutum: ut, Levelet iroc, Literas scribo. Ember: latoc, Hominem video. Penzt kérnec, pecuniam petunt. Utat járnac, viam ambulant. Igazat mondható, Verum dicere possum. Házat építetek: domum facio adificari, vel curvo extrini edes.

II.

Activa nuda vel indirecta primam personam in lac semper & lec formant, quoties accusativus est secunda persona utrinlibet numeri: ut, Látlac tégedet, video te. kerlectiteket, peto vos. Tudlac tégedet kiczdalégy, Marc. 1. Scio te quis sis. Mèddig türlectiteket? Luc. 9. Quoniam patiar vos?

III.

Activa directa regunt accusativum, articulis aut genitivis, vel affixis possessivis demonstratum: ut, az levelet, irom, Literas scribo. Ez embert látom, hunc hominem video. Az pénzt kér, illam pecuniam petunt. Az utat járjá, Eam viam ambulant. Mondhatom az igazat, dicere possum verum. Házamat építetem, domum-meam curvo adificari. Szemeimet világosítta, oculos meos illuminat &c.

IV.

Et Activa directa interdum accusativum propriorum nominum regunt, articulis substitutum vel affixis: ut, kérem Isten, precor Deum. Pétert beretem, Petrum amo. Anna láttya Lukaczot, Anna videt Lúcam. Tatár dullya Magyar Országot: Tartarus valójá Ungariam.

V. Paucia

V.

Paucia quedam verba activa accusativum regunt, quorum derivata Dativum requirunt: ut, Imádom az Istent, vel Istent imádoc, Deum adoro: Imádkozom az Istenec, supplico Deo.

VI.

Verba memoriae & obliuionis emlitem, feleytem, cum compositis accusativum regunt, eorum vero derivata ablativum requirunt in ról, rol, ra, re: ut, Régi időt említünk: priscum tempus recordamur. Elfeleytem kenyeremet, obliviscor panem-meum. Meg emlekezzél az fiombátról, Memento sabbathi. Emlékezem mondásara: Memini dictum ejus.

VII.

Similiter & verbum czudálni, mirari; accusativum regit, ejus vero derivatum regit ablativum in an, on, en: ut, Czudálom ez világ állapattyát: Miror statum mundi. Czudálkozom buzgolágán haragdnac, miror fervorem iratus.

VIII.

Verbum estimandi er, valet accusativum regit: ut, Egy penzt ér, valet numo. Nem érneckét garast, non valent duobus grossos. Fizesse meg az mit ert, solvat quanto valuit.

IX.

Illet decet, accusativum regit: ut, Téged illet az diczéret, Te decet laus. Nem illet agébet hintofék, ker. Vetus canem non decet pilentum.

M 4

CAPUT IX.

De Recctione Ablativorum.

*In Etymologia Ablativum nominavi casum affixorum, quod ablatiis ab eo affixis redeat in nominativum: Tot sunt itaq; ablativi, quot affixorum varietates, quarum seriem in Etymologia delineavi: Hic praei-
puorum tantum rectionem ostendam.*

I.

*Gradus comparativus, qui exponitur per hogynem, vel hogynem mint, regit ablativum in nál & nél, ut: Isten job királnál: Deus melior rege. Az oroszlán e-
rősib az medvénél: Leo fortior ursó (est.) Hatal-
masb nálamnál, potentior me. Ekesb mindennel,
ornatorius, omnibus.*

II.

*Comparativus interdum, superlativus semper absq; ablativo sit per között, inter: ut, Az Czillagoc között kiepb az Haynal-czillag, Inter stellas pulcior est Lucifer. Az Fejedelmec között legtudosb az Mauritius: Inter Principes doctissimus est Mauritius. Az mostani Philosophusok között, legböl-
czebb az Goclenius: Inter modernos Philosophos sa-
pientissimus (est) Goclenius.*

III.

Hasonló & hasonlatos similis, e. itē hasonlitani, assimilare, Ablativū regunt in hoz & hőz, hez: ut, Az Adámhoz hasonló segítőt nem talált vala. Gen. 2.

v.20.

v.20. Adamo simile adjutoriū nō invenerat. De mihoz hasonlitsam ez nemzetsegét? hasonlatos az gyermekkhöz. Matth.11.v.16. Sed cui ad similabō hanc gentem? similis est pueris. Hasonlatos az emberhez; Simile est homini. Matth.13.25.

IV.

*Verba passionem significantia regunt ablativum in-
tol, tól, ut: Az Urtől lött ez. Psal.118. A Domino fa-
etū est istud. Melly megmondatott az Daniel Pro-
phetától. Matth.24.v.15. Quod dictum est à Daniiele
Propheta. Megkeresztelkedneç vala ó tôle. Marc.
1.v.5. Baptizabantur ab eo.*

V.

*Verba abstinenti, prohibendi, separandi, accipiendi
regunt casum passivorum, ut: Megszünni áz haragtól,
Desinere ab ira. Óodd magad az fosvénsegtról. Cave
tibi ab avaritia. Vagyéte el tôle, admire ipsi.*

VI.

*Similiter & operas redimendi verba, ut: Tiz pénze
adoc czinálásátul; decem numos do pro elaboratione.
Egy tallért kér az békötéséért. Thalerum petit pro
ligatura.*

VII.

*Emendi, & venderdi verba, regunt ablativum in-
on, ön, en, ut: Három forinton adnac egy Bibliát;
Tribus florenis vendunt Biblia unica. tizen öton vef-
nec egy lovát; Quindecim emunt equum. Huszonhé-
tej egy ökröt, 27 unum bovem.*

VIII.

Mercedis verbare regunt Ablativum in ért, ut: Penzert tanitnac az Muhiára, Pro pecunia docent mustam. Juhokért hólgal. In servit pro ovibus.

IX.

Adiectiva & verba in opere regunt ablativum in néküll, & nélküll, ut: Szükköldom penznélküll. Indigeo pecuniá. Szükköldic bolczeség néküll, fac. i. Indiges sapientiá. Szükös ruha néküll, Indigus vestium. Megfogyatkozic cledel néküll, destrutur alimento.

X.

Adiectiva & verba copia regunt ablativum in val & vel, ut: Téli arannyal plenus, a, um, anro. Ezüstvel bőves, argento abundans. Bevölkedic barommal, a-budat pecore. Rakva álnoksággal; confertus, a, fraude-

XI.

*Similiter ablativo in val & vel effertur, qua causam, instrumentum & modum actionis & circumstan-
tiām significant, ut: Igaz ítélettel itéllyetec. Ioh. 7. 24. Justo judicio judicate. jo erkölczel kedves; bonis mo-
ribus gratius, a. Edes beszeddel vigaztal, dulci sermone
solatur. Megfórom hórolapárral oket, jer. 15. 7. ven-
tilabro, ventilabo eos.*

XII.

Quae materiam ex quares fit, significant, efferuntur abla-

*ablativo in ból & ból, ut: Fábol farag egyetmást: ex ligno fabricat varia. Ertzból önt harangot, Ex me-
tallo fundit campanam. Nem minden botbol léßen
berettya: non ex quovis baculo fit novacula.*

XIII.

*Quae studium vel conatus significant, regunt plerumq;
ablativum in ra, re, ut: Uratagra vágynacsokan, Ad
dominium aspirant multi: kevesen igyeksznek sicut
életrre; pauci dant operam vita sancte.*

XIV.

*Terminus temporis qui intelligitur per Quando, ef-
fertur ablativo in val & vel, & cum prepositione előtt,
után; ut: Ez előtt három holnappal: Tribus mensi-
bus ante hác. Ez után négy estendővel, Posthac tribus
annis, post triennium.*

X V.

*Terminus futuri temporis plexumq; per numerū or-
dinale effertur ablativo in ra, re, ut: Hatodnapra meg-
jovoc, Ad diem sextum redibo. Harmad estendőre
végelelben az hadnaç. Ad tertium annum finis erit
belli.*

X VI.

*Aliquando tempus futurum simpliciter per után &
mulván effertur nominativo casu, ut: Tizónör esten-
dő után. post quindecim anos. Ezer hatszáz nyoltz
estendő elmulván; millesimo sexcentesimo octavo an-
no elapso.*

De rectione verbi Infiniti.

I.

Infinitum verbum regitur à finito sensu & voluntatis, ut: Halgatni akaroc, tacere volo. Akaron hallani, volo audire. Tudéneklni, scit cantare. Mikor hallyátoc funia az déli-szelet. Luc.12.55. cù auditio flanrem Austrum.

II.

Per infinitum efferunt Ungari etiam supinum Latinorum & gerundiū in di, & dum, ut: látni megyec, vijum eo. Lefkenni menne; cubitum eunt. házhoz ment kenyért enni, Luc.14.v.1. domum ingressus est ad edendum panem. Néki adom tartani; Exod.22.v.10. Ipsí do ad servandum.

Observatio.

Regens etiam infinitum esse potest, ut: Valamit látni akarni, Aliquid videre velle. Tudni szólóni dicére-tes, scire loqui laus est.

Anomalum.

Ellipsis regendi est, Tudni Olaszúl, scire Italice: scire szólóni, loqui.

III.

Infinita verba cum affixis pronominibus dativum plerumq; expressum, interdum implicatum regunt; ut:

Sokat

Sokat kell nékiszenvedni és megvettetni, *Luc.17. Multa oportet eum pati & contemni.* Hogy nékiec imátkoznioc kelléne; *Luc.18.v.1. Quod ipsos orare oporteat.* Ki kell mennem: *Luc.14.v.18. oportet me exire.* Az Czászarhoz kell mennen. *Aét.25.12. Ad Cesarem oportet te ire.*

IV.

Observandum est, verbis potentialib. semper infinitū implicari; licet enim Ungari verbo Possum destituatur, possunt tamen omnia verba potentia significatione preferre per particula hat, in conjugatione in nac: per het, in conjug. in nec; quia omnia per Possum infinito additum redduntur Latine, ut: a lát, vider láthat, videre potest. à kér, petit, kerhet, petere potest. Sic in anomaliis, lehet fieri potest, à leszen: teheth, facere potest, à télszen facit, ponit. & à lakic, habitat, lakhatic, habitare potest. Ab elszic bibit, ihatic, bibere potest. ab elszic, edit, chetic, edere potest. De quibus singulis in Etymologia satis dictum.

CAPUT XI.

De Participiis infinitis, siue de Gerundis participialibus.

I.

Gerundia vel Infinita participialia in va & ve, Lateinredduntur plerumq; per passivum perfectum; ut: Igy vagyon megirva. Luc.24.v.46. Sic est scriptum. Kit Fælix hagyott fogva. Actor.25.14. quem Fælix

reliqui captivum. Talállya azt megseperve és megekesítve, *Luc. 11.25. invenite am, eum, id, versam & ornatam.* Megtalálac az tizenkét tanítványokat egybegyülve. *Luc. 24.33. Invenerunt duodecim discipulos congregatos.*

II.

*Participia infinita vel gerundia participialia in variis & vén, sepe conjunguntur cum verbis cognatis significacionis, & exponuntur plerumq; aut per participium praesens in ns, vel per gerundum in do, ut: várvan várta az Urat: *Psal. 40.1. Expectans expectavi Dominum, vel expectando expectavi.* Ezt mondvan halvan hallyatoc és nem értitec. *Act. 28.26. Hoc dicens audiendo audietis & non intelligetis.* Térdre leesvén és akarván ótólé valamit kérni. *In genua procidens & volens aliquid ab ipso petere.* *Matth. 20.20. Elmenvén mutaslatoc meg magatokat.* *Luc. 17.14. Abenentes ostendite vos. &c.**

III.

Sunt & alia infinita in ton & tón vel ten, que tantum suis verbis præponuntur & eorum continuā & frequentem actionem vel passionem significant; ut: Mondron mondgya, dictitat, continue dicit. Alton állás, restitus vel juguerías. Kérten kér, continue petit, rogat. Menten megyeti, continue it, pergit jugiter. Etten efic, esiat. itton ific, potitat, perpotat jugiter. Jötönjö, venitat, adventat, frequenter venit, vel continuo redit, &c.

CÁS

CAPVT XII.

Derectione variis finis ambigua.

Rectio variis finis est ambigua, vel duplicata.

Ambigua est quando una vox varios fines promiscue regit. & primaria quidem rectio est casus recti vel oblique.

I.

Interjectiones Ibon, ne, né meg, nominativum vel dativum regunt; ut: Ibon o, ecce ille. Ahun Peter, en illic Petrus. Ibon néked János. Ecce tibi Johannes. Ne az penna, en pennam. Ne-meg kónyved, En tibitum librum.

II.

Interjectio jay, vocativum vel dativum regit, ut: Jay Ur Isten hóvalól el: A domine Deus quo recessisti? Jay tejem jay fejem! 2. Reg. 4. 19. V a caput, ó caput meum! Jay nékem, Job. 10. 15. V a mihi. jay tenéked ki koborlás. Esai. 1. 1. V a tibi qui prædaris.

III.

Adiectiva participialia studii notitia, desiderii, regunt nominativum, dativum vel accusativum, ut: Iras tanolo, literas discens. Enec ferzö, Cantionum compositor. Penzneç kivánója. Pecunia & cupidus. Sokat kívánó, munka cupidus, multa cupiens.

IV.

*Verba szolgálni servire & segiteni juvare, regunt
dativum, accusativum & ablativum in ért, ut: Szol-
gáloc Istenne, Servio Deo. Kemény urat szolgálisz,
Duro domino servis. Segítéc néki, Aduvo ipsum.
Szegényeket segítünc, Pauperes juvamus. órómeft
szolgál az pénzért, libenter servit pro pecunia.*

V.

*Félni, timere, rettegni, formidare, nunc accusativū
nunc ablativū regunt in tól, tól, ut: Félem Istenemet,
Timeo Deum meum. Félyed az Urat, Time Domi-
num. Félem és rettegeim az mennyei Istent, Timeo
& formido cælestem Déū. Nem fél az haláltol, Non
timet sibi à morte. Nem retteg az ördögtöl, Nonfor-
midat Diabolum.*

VI.

*Gondoloc cam Cogito significat, accusativum re-
git ut: minden jot gondoloc, omne bonum cogito. go-
noft gondol siében, malum cogitat in corde suo.*

*Quando verò exponitur per Curo ablativum regit in
val & vel; ut: mit gondoloc az biróval? quid cura
judicem? Semmit nem gondola Mosessel. Actor. 7.
27. Nibili fecit, vel non curavit Mosén.*

VII.

*Gondolkodom, elmélkedem, meditor, considero;
regut ablativum in ról & ról, & on, ôn, en, ut: Gon-
dolkodom Istenne dolgairol, meditor vel perpendo
Det.*

*Dei opera. Elmélkedgyel az Urnac jo téteményi-
ról, cogita de beneficiis domini: Azon gondolkodic,
Hoc vel illud cogitat, meditatur. Ezen elmélkedem,
super hac re cogito, hoc considero.*

VIII.

*Méltó, illendo, dignus, a, conveniens, regunt abla-
tivos, in ra, re, & hoz, höz; ut: Méltó halára, dignus,
a, morte. Büntetésre méltó, Luc. 12.48. Ponā dignus,
a. Illendo ez hellyre, conveniens huic loco. Terem-
tsetec pénitenciahoz illendo gyümölcsöt, Matt.
3.8. Ferte pénitentia dignum fructum. Nem méltó en
hózzám. Matt. 10.38. Non est in dignus, a.*

IX.

*Adjectiva quantitatis in ni, & verba dimensionis
& distantia nominativum regunt, vel Ablativū in ra,
re, ut: Négy singni az hossza: Quatuor ulna longitudo
eius. Hárrom melföld Herborna Marpurgtól, Tri-
bus miliaribus distar. Marpurga Herborna. Es mikor
bémentec vónla húsfónr vagy harmintz futama-
tra. Job. 6.19. Et cum ingressi essent ad stadia viginti
quinq, vel triginta.*

X.

*Accusativo, vel ablativo in ig, effertur temporis spa-
cium, quod per Quandiu intelligitur; ut: Huf estendőt
élt, viginti annos vixit. Negyvenhat estendeig épí-
tetött ez templum, Job. 2.20. Quadraginta sex annis
adificatum est hoc templum.*

X I.

Propria nomina oppidorum quorundam per ablativum in ba & be motum ad locum: in ban & ben, qui estem in loco: in ból & ból motum de loco significant; ut: Posonba megyec, Posonium proficiscor. Menénc az utan Romaba, Acto. 28. Iuimus postea Romanum. Debrecenbe megyen, Debrecinum it. Mikormenne Jerusalemb, Luc. 17.11. cum proficisceretur Hierosolymam. Colosvárban született, Claudiopoli, vel Clausenburgi natusza. Vala egy tanitvány Dama scumban, Act. 9.8. Erat quidam discipulus Damasci. Debrecenben tanult, Debrecini studuit. Jésus fületett Bethlehemben, Matth. 2.1. Jésus natus est Bethlehami. Posonbol jöneç, Posonio veniunt. Debrecenból költözött Váradra, Debrecino migravit Varadinum.

X II.

Aliorum oppidorum nomina propria per ablativum in ra, te motum ad locum; in an, en, on, ón, quietem in loco: in rol, ról, motum de loco significant; ut: Cassáment, Cassovia ivit. Vissza megyec Szentzre, Redeo Szencinum. Tordán lakic, Torda habitat. Váradon fületett, Varadini natus est: Göntzön nevelteret fel, Göncini educarusest. Szentzen lettem ez világra, Szencini editus sum in hanc lucem. Cassárol jött Marpurgumba. Cassovia venit Marpurgum. Pestrol megyen Vátzia, Pesto it Vacuum.

Qua-

X III.

Quedam propria oppidorum nomina indifferenter surpantur utrisq; ablativis, in ba, be, & ra, re: in ban, ben, & án, ón, en; In rol, ról; & ból, ból, ut: Budába, vel Budára megyec, Budam proficiscor, Budában vel Budán laknac, Bude habitant. Budábol vel Budárol jöneç, Budá veniunt. Györre vel Györbe, kékülök, Jaurinum iter paro. Pestben vel Pesten kühett, Pestinatus, a, est. Györböl vel Györről jöttünc, Javarino venimus.

X IV.

Plerág, autem oppidorum nomina motum per locum significant ablativo in án, on, ón, en, in, nt:

Canisán	Canisá
Szikfón	Szikszovia
Lóczén	ment
Kormöndön	Leutschoviâ
Szepsin	trans által
	ivit.
	Kormöndino
	Szepfino

Sunt & alia quadam oppidorum nomina, que precer varios illos ablativos solo accusativo casu significant quietem in loco & motum per locum, ut: Szakmárt lakic, Szathmarini habitat; Györött fületett Jaurini natus est. Eperjest vött házat, Eperjesini emit domum. Tartzalt esic sokadalom. Tartzalini habentur nundinæ.

Berekfászt	men-	Berekfábio
Gyöngyöst	tenec	Gyöng yösno
Terebeszt	által	Terebesio
Taksonft		Taxonio

Iter fecerunt.

Observatio.

Hac Syntaxi & regionum nomina propria, & quorumvis locorum appellations verbis junguntur, ut: Németorfságba jöttem Magyatorfságban. In Germaniam veni ex Ungaria. Oláhságban kevés Magyarok tanulnac. In Italia páncti Ungari student. Az városból kimégyec az harasztia, ex civitate exeo in quercentum. Házamból kertembe sétáloc; e domo mea in hortum meum spatiō deambulo: Kifutoc az mezőre, erdőre, rétre. Excurro in campum, sylvam pratum. Mezónréten, homokon jároc, in campo, prato, sabuleto ambulo. Kertben, fölöben munkálkodnac, in horto, vinea, operantur. Mezőről jönök, Rurereidunt. Kertból jövünk, ex horto redimus.

CAPUT XIII.

Derectione duplicata.

Rectio duplicata est, quando una vox simul regit plures fines, qui sunt semper fere dissimiles.

I.

Ad, dat: küld, mittit; hágy, relinquit: & quadam alia cognatae significationis verba dativum regunt cū consequente ablativo vario, ut: kónyvet adott néked ajandékon, ajandékul, ajandékba: Librum dedit tibi dono. Szolgámát küldöm néki segetsegére, segetfélügli: servum meum mitto illi subsído, vel, in auxilium. Kónyveimet hagyom gazdámnac zálagba vel zálagul: Libros meos relinquo hospiti meo pignori, vel propignore.

Acti-

II.

Activa quadam accusativum regunt cum sequente ablativo in ra, re, ut: Tanitlac tégedet Grammaticara, Doceo te Grammaticam. Az Ur tanittyá kezeimet hadakozásra, és az én uyjaimat az viadalra, Ps. 144. 1. Dominus docet manus meas bellum, & digitos meos prehunc. Megtanitlac titeket az Urna felelmére. Psal. 34. 12. Docebo vos Dominum timorem.

III.

Secundaria verba activa regunt accusativum cum consequente ablativo in val & vel, ut: Megláttatom sebeimet az orvossal: Faciam ut videat vulnera mea medicus. Megsepretem házamat fölgámmal, Purgare faciam domum meam per servum, vel: jubeo ut verrat domum meam servus meus.

IV.

Cognitionis & affinitatis nomina possessiva dativum regunt, ut: Rokonom nékem Demeter, cognatus mihil (est) Demetrius. Néked sógorod az Peter. Tibi affinis (est) Petrus. Attyafia nékiaz Kelemen: Frater ipfi est Clemens.

V.

Verba debendi dativum personae regunt cum sequente ablativo in val, vel, ut: Ados nékem tiz forintval, debet mihil 10 florenos. Tarozie Istvannac negyven péntzel; dobet Stephano 40 nummos.

*Deconvenientia & rectione duplicata casus.
Mutatio i. Ungarici.*

I.

Verba hac, tésien, facit lésien, erit sit, változic, mutatur; Mutatium regunt, consequentibus casibus diversis, ut: Bévölködövè téßen téged ad Ur minden joval. Deut. 18. Abundantem faciet te Dominus omnibonò. Ó téßen tégedet foyè nem farkà: ipse faciet te in caput non in caudam. Kiczoda tött engemet birovà vagy ostovà. Luc. 12. 14. Quis fecit me iudicem vel partitorem. Hamuyá lésien az mi testünc, Sap. 2. v. 3. Ciniš erit corpus nostrum. Szükölködövè téttétel az Urtol: Egenus factus es a Domino. Az Istenöl retötöd Urra és Christussa. Et. 2. 36. A Deo factus est in Dominum & in Christum. Semmivé lésien ez vilagnac diczösége: In nubilum abibit mundi gloria. Kigyóva változic az Moses vekkeje: In serpente mutatur Mosis virga. Christus az vizet borrà változtattyá, Christus aquam in vinum convertit.

II.

Adjectivum participiale additur permutativo cum consequente nomine cuiusvis speciei & qualitatis, ex qua in aliam speciem & qualitatem facta est mutatio; ut, Testé lott lgc, verbum caro factum. Kigyóva változott vekkó, in serpente conversa virga. Az borra változott vizet megkostollya. In vinum mutata aquam gustat. Az verré változott vizeket ninc ihattyác: in sanguinem conversas aquas bibere quod possunt.

possunt. Szeppé változott, pulcer, a, um, factus, a, est. Ruttá lott, turpis, e, factus, a, um, est.

De rectione Elliptica.

Elliptica oratio rara est apud Ungaros, elisiones tantum fiunt interdum certarum vocularum & syllabarum, idq. in contracta & ligata oratione, ut:

Nem' omine minec hijá. Nescio quomodo vocetur, pro Nem tudom, Non scio.

Isten' gyonap, pro Isten adgyon jo napot: Deus de bonum diem, scilicet néked, néktec. Tibi, vobis.

Fogadgy' Isten, pro fogadgya Isten: Suscipiat Deus vel acceperit: aut annuat scilicet voto, votis, tuo, versus.

Singularis.

*Mettfen mit téken quid mettfenec mit téknec
Mettfek pro mit tékeh face- mettfetec pro mit téketc
Mettfec mit tékesc ret mettfüncc mit tékünc.*

*Ethac plerumq. Ablativum regunt in val & vel, ut:
Mettfen az pennával: quid faceret cù penná? Mettfüncc az vendéggel: Quid faceremus cum conviva?*

Sequentia vero, hec, Medgyen, medgyek, medgyec, & plur. medgyenec, medgyetec, medgyünc: Pro mit tegyen, quid faciat? Mit tegyenec: Quid faciant? Dativum requirunt: ut, medgyen néki? Quid faciat ipsi. Medgyünc néki hogyha David Uratoc. Verba, Nabalis: Quid tūm si David Dominus vester est?)

De Distinctione.

Distinctiones eadem hic sunt, quæ Latinorum.

Colon, quod notatur duobus punctis, ita :
 Periodus notatur uno puncto, ita . Et initio habet li-
 teram maiusculam.
 Comma notatur virgula curva, sic ,
 Parenthesis signatur ita ()
 Signum interrogationis est ?
 Exclamationis !

F I N I S.



Lectori

Lectori Christiano S.

Quum alioqui vacaturæ essent hæ paginae placuit
 quædam Fidei nostræ capita hic apponere cum Latina
 eorum versione: in quibus Lingua Ungaricæ studiosius
 Lector, Præceptionum Grammaticarum possit pericu-
 lum facere & eas ad usum accommodare.

Az Urnac Imátsaga,
 Matt.6.v.9.

MI Atyánc ki vagy az
 mennyekben, fen-
 tellesséç meg á te neved:

Jójön el az te orfágod:
 légyen meg á te akaratod,
 mint az menyben, ugy ir-
 ez foldön.

Az mi minden napí ke-
 nyerünket add meg né-
 künc ma:

Es boczásd meg miné-
 künc az mi vétkeinket,
 miképpé miis megboczá-
 tunc azoknac, az kic mi
 ellenünc vetkeztenec.

Es ne vigy minket az ki-
 sértetbe, de fabadits meg
 minket az gonostól. Mert
 tiéd az orfág, az hatalom,
 és á diczöseg, mind örök-
 kë, Amen.

Oratio Dominica,
 Matth.6.v.9.

Pater noster, qui es
 in cælis, sanctifice-
 tur nomen tuum:

Adveniat regnum
 tuum, fiat voluntas tua,
 sicut in cœlo, ita etiam
 in terra.

Panem nostrum quo-
 tidianum danobis ho-
 die.

Et remitte nobis de-
 bita nostra, sicut & nos
 remittimus debitori-
 bus nostris.

Et ne nos inducas in-
 tentationem, sed libera
 nos à malo. Quia tuum
 est regnum, & potestia,
 & gloria in secula. A-
 men.

Articuli Fidei.

Credo in Deum
Párem omnipot-
tentem, creatorem ca-
li & terra:

*Et in Iesum Christum Filium eius unigenitū, Dominum nostrum: qui cōceptus est ē Spiritu sancto, natus ex Maria virgine: Pas-
sus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus & sepultus; descendit ad inferos tertia die re-
surrexit ex mortuis: as-
cendit in cœlum, sedet ad dexterā Dei Patris
omnipotentis: inde vē-
turus ad iudicandum vivos & mortuos.*

*Credo in Spirum sanctum: Credo san-
ctam Ecclesiam catho-
licam sanctorum com-
munione, remissione
peccatorum, carnis re-
surrectionem, & vi-
tam eternam. Amen.*

Agazat az Hitnec.

Hiszeb egy Istenbe, min-
denhato Atyába, mē-
nec és földnec teremtő-
ibe:

Es Jesus Christusba, ó
egyfülött Fiába, mi Urunk
ba: ki fogantatec szent Lé-
lektöl, születéc fiúz Ma-
riatól: Kinzatéc Poncius
Pilatusnacalatta, meghala
és eltemettetéc: fálla pok-
lokra: harmad napon föl-
tamada az halottak közül:
fölméne mennyekbe, ül
az mindenható AtyaIsten,
nec jobkéze felől: Onnan
léken eljövendő itélni ele-
veneket ésholtakat.

Hiszeb kent Lélekbe:
hiszeb egy közönséges Ke-
reftyén anyaszent Egyház-
at, kentknec eggyel séget,
büneinknec megbocza-
nattyát, testnec toltáma-
dásít, és az örök életet, A-
men.

Az tíz Paranczolat,
Exod.20. Deut.5.

ES az Istenból minden-
ezeket az igéket,
mondván:

Elso Paranczolat.

Halgasd meg Izráel: En
vagyoc az te Urad Istened,
ki tégedet kihoztalac az
Egyiptomnac földéból,
azkölgaltnac házábol.
Ne legyenec ténéked én
előttem idegen Istenid.

Második.

Ne czinállý magadnac
faragott képet, és semmi
hasonlatosságot azoknac
formájara, mellyec oda fel
az égben vadnac, se azok-
nac formájara, mellyec az
foldon itt alatt vadnac, se
azoknac, mellyec az viz-
ben fold alatt vadnac. Ne
hajolly meg azoc előtt, és
ne tisztellyed azokat: mert
én vagyoc az te Urad Iste-
ned, eros bőküllő, ki
megbüntetem az atyák-
nac vétkeket az fiakban, harmad és negyed izi-
glen, azokban az kic gyülölnec engemet. Esit-

Decalogus, Exo-
di 20. Deut.5.

ET loquitur est De-
us omnia hac ver-
ba, dicendo:

Primum Præceptum.

*Audi Israhel: Ego sum Iehova Deus tuus,
qui te eduxi ē terra
Ægypti, ē domo servi-
tatis. Non habebis
Deos alienos coram
me.*

Secundum.

*Ne facio tibi scuh
p̄ile, ani ullam imagi-
nem eorū, quæ sursum
in cœlo sunt, ani que in
terra infra, ani que in
aquis infra terram.*

*Ne incurves te corana
illis, neq̄ colas ea: nam
ego sum Dominus Deus
tuus fortis Zelotes, qui
vindico iniquitatem
patrum in filios, uſq̄ in
teriam & quartam
generationem eorum
quime oderint. Et fa-
nac vétkeket az fiakban, harmad és negyed izi-
glen, azokban az kic gyülölnec engemet. Esit-*

*cicens misericordiam in
millia eorum, quidili-
gunt me & observant
praecepta mea.*

Tertium.

*Ne assumito nomen
Domini Dei tui inva-
num: nam non relin-
quet Dominus eum
impunem, qui nomen
suum invanum assumerit.*

Quartum.

*Memento diem Sab-
bathi, ut eius sanctifices:
sex diebus operaberis,
& facies omne opus tu-
um: Septimo vero die
Sabbathū est Domino
Deo tuo. Non facito ul-
lum opus, neque tu, ne-
que filius tuus, neq; filia
tua: neque servus tuus,
neq; ancilla tua: neque
jumentum tuum: neq;
advena, qui est intra
portastus. Nā sex die-
bus creavit Dominus
caelum & terrā, & ma-
re & omnia in iis exi-
stentia: & requievit die*

galmaßagot czelekeſſem
ezeriglen, azokkal à kic
engeimet keretnec, és meg-
tattyácz az én paranczola-
timat.

Harmadic.

Az te Uradnac Istened-
nec nevét hijába ne vegy-
ed: mert nem hadgya az
Ur büntetésnélkül azt, az
kiaz ó nevéthijába véfi.

Negyedic.

Megélekezzél az Szom-
batrol, hogy azt megfen-
tellyed: hat napon mún-
kálkodgyál, és minden
dolgodat elvégezzed: Het-
ted napon az te Uradnac I-
stened nec Szombattyá val-
gyon. Sémi dolgot ne tég-
ír te, se fiad, se leányod:
se kílgád, se kílgálóleá-
nyod: és semmi barmod, se
az te jövevényed, melly
az te kapuidkózt vagyon.
Mert hat napon teremté
az Uraz ménycet és az fol-
det, à tengerr, és minden
azokban való állatokat: és
megnyúgovéc heted na-

pon:

pon: Az ért megáldá az Ur
az fiombarot, és megfen-
télázat.

Otödic.

Tisztellyed az te atyádat
és a te anyádat, hogy hosszú
ideig ély az földön, mel-
lyet az te Urad Istened ád
tenéked.

Hatódic.

Ne ölyy.

Hetedic.

Ne paráznlalkodgyál.

Nyolcadic.

Neorozz.

Kilencadic.

Nemondgy az te fele-
baratod ellen hamis tanú-
sagot.

Tizedic.

Ne kívánnyad az te fe-
lebarátodnacházát: ne ki-
vánnyad az te felebara-
todnac feleségét, se kílgá-
ját, se kílgálóleányát, se ó-
krét se fiamarát, és semmi-
nemü marháját.

septimo: Idcirco bene-
dixit Dominus diei
sabbathi, & sanctifica-
vit eum.

Quintum.

Honora patrem tuum
& matrem tuam, ut diu
vivas in terra, quam
Dominus Deus tuus
daturus est tibi.

Sextum.

Neoccidito.

Septimum.

Nemachator.

Octavum.

Nefurator.

Nonum.

Ne dicio contra
proximū tuum falsum
testimonium.

Decimum.

Non cōcupisces do-
mum proximi tui: non
cōcupisces uxore pro-
ximi tui, non servum,
non ancillam, non bo-
vem, non asinum, neq;
ullam rem ipsius.

Psal. 81. v. 14.

15.

*O si populus meus
auscultasset mihi, si Is-
raelite in viis meis am-
bulassent!*

*Vel momento ini-
micos eorum fuisset de-
pressurus; & in hostes
eorum convertisse ma-
num meam.*

Psal. LXXXI. vers.

14. 15.

*Oha azén népem halga-
tott vónla engemet, és az
Izrael az én utaimban járt
vónla:*

*Az ó elleniségeket hir-
telenféllel megaláztam
vónla, és az ő ellen fordí-
tottam vónla az én keze-
met.*

FINIS.


VEGE:



Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



120

Psal. 81. v. 14.

Psal. LXXXI. verf.

15.

O si populus meus
auscultasset mihi, si Is-
raëlite in viis meis am-
bulassent!

Vel momento ini-
micos eorum fuisset de-
pressurus; Et in hostes
eorum convertisse ma-
num meam.

14.15.

Oha azén népem halga-
tott vónna engemet, és az
Izrael az én utaimban járt
vónna:

Az ó ellensegeket his-
telen séggel megaláztam
vónna, és az ő ellen fordít-
tottam vónna az én keze-
met.

FINIS

V E G E



